Compl.

Orontii Finæi, Delphi-

NATIS, REGII MATHEMA-

ticarum Lutetiæ professoris, De duodecim cæli domiciliis, & horis inæqualibus, Libellus non aspernandus.

VNA CVM IPSARVM DOMORVM,

atque inæqualium horarum instrumento, ad latitudinem Parisiensem, hactenus ignota ratione delineato.

LVTETIAE,

Apud Michaëlem Vascosanum, uia Iacobæa ad insigne Fontis.

M. D. LIII.

CVM PRIVILEGIO.

PRIVILEGII SENTENTIA.

Cautum eſt authoritate Henrici II Galliarum Regis, ne quis alius præter Vaſcoſanum, hũc libellum De duodecim cæli domiciliis, & horis inęqualibus, ab Orõtio Finęo Mathematicarũ diſciplinarũ Regio profeſſore editum, ante ſexenniũ imprimat, néue uendat. Qui ſecus fecerit, libris, & pœna in ſanctione æſtimata multabitur. Lutetiæ Pariſiorum Idibus Aprilis, M. D. LIII.

Par le Conſeil Longuet.

Orontij Finæi Delphi-

NATIS, REGII MATHEMA-
ticarum Lutetiæ professoris, De XII cæli domi
ciliis, & inæqualibus horis, Libellus tripartitus,
recèns natus.

PRAEFATIO

AD CANDIDVM, SIMVL AC
eruditum uirum, Dominũ Ioannem du Rous-
seau, Iuris utriusque doctorem.

TAMETSI, HVMANISSIME, AC IN-
tegerrime Ioannes, duodecimo capite secundi li-
bri nostræ Cosmographiæ, seu Mundanæ sphæ-
ræ, rationalem, ac cæteris omnibus præstantem
cælestium domiciliorum partitionem, iis qui iu-
diciariam profitentur Astrologiam admodum necessariam,
quãtum uidelicet ad eum locum spectare uidebatur, summa-
tim perstrinxerimus: Cùm tamen hac de re, uariæ tandẽ sub-
ortæ sint opiniones, licet unica sit uia, quę cęteras omnes fide
atque ratione præcellat: fuerintque nõnulli, qui affectata qua-
dam suorum auctoritate potiùs, quàm ueritatis agnitione suf
fulti, debiliorem, iamdudúmque reiectum domificandi mo-
dum impudenter sustentarint, ac in usum ipsius iudicarię (nõ
sine artis iactura) reuocarint Astrologię: imò, quod nos malè
habet, dissidentes ab illorum opinione, magísque uero conso-
nam imitantes, inciuiliter nimiúmque petulanter taxare non
erubuerint: Rem meo officio dignam, atque rerum astrono-
micarum studiosis utilem me facturum existimaui, si proba-
tam à nobis præallegato capite, cælestium domorum distin-
ctionem, amplioribus argumentis, non aspernãdisque aucto-
ritatibus confirmaremus, & simul ostenderemus, undenam
contractus sit illorum euidentissimus error, qui nobis hac in
parte tantopere uidentur aduersari. Adde, quòd non dissi-

milis error ſubſequutus eſt, in diffiniendis, atque deſcribendis inæqualibus horis, quas temporales, ſeu planetarias appellãt: De quibus ſexto capite libri quarti, præallegatæ Mundanæ ſphæræ, ſeu Coſmographiæ noſtrę, tractauimus. Sunt enim eiuſcemodi inæquales horæ, duodecim tam diei, quàm noctis artificialis interualla, quæ inuicem (ut infra docebitur) de neceſsitate ſunt inæqualia: unde prę fatę 12 horę, tam ipſius diei, quàm noctis artificialis, inæqualitatis contraxere nomenclaturam: quas nihilominus ęquales facere, & in Aſtrolabiis per ęqualia deſcribere non uerentur interſtitia, contra tum ipſius rei ueritatem, tum propriam inæqualitatis diffinitionem. De his ergo, ampliorem ſimul annectere ſermonem, duximus operæpretium: quò ſingula in ſuam harmoniam tandem reuocemus. Ipſarum porrò tam cæleſtium domorum, quàm inæqualium horarum, ueram in plano delineationem, libuit tandem ob oculos exponere, nouo quidem, & hactenus ignoto deſcriptionis artificio: ídque ad Pariſienſem latitudinem, quę eſt graduum 48, & minutorum 40, ad quam ſingula noſtra, in aliorum exemplum, referre ſolemus opera. Hos autem quantuloſcunque labores noſtros, & quicquid noſtri fuerit inuenti, tibi digniſsime ac obſeruandiſsime Ioannes, deuoto conſecramus animo, idque multis nominibus. In primis ob ſingularem beneuolentiam, qua tum meipſum, tum cæteros bonarum artium profeſſores ſeriò proſequeris. Ob eam inſuper, quæ in te uidetur eſſe rerum mathematicarum, præter utriuſque iuris eruditionem. Adde quòd in demerendis uiris doctis, aut conſtruendis mathematicis inſtrumentis (quod rarò tuæ profeſsionis uiris accidit) nullis uideris parcere ſumptibus. Reliquum eſt igitur, ut hoc noſtrum munuſculum, grato ac liberali ſuſcipias animo, interea dum grauiora molimur, quæ tibi ac ſtudioſis omnibus erunt (ut ſpero) non ingrata. Vale,

Lutetiæ Pariſiorũ, menſe Nouẽbri Anno Chriſti 1553.

INDEX EORVM, QVÆ IN HOC tripartito Libro continentur.

Primæ partis summæ, in qua de duodecim cælestium domorum ratione omnimodè tractatur.

Secundæ partis, de horis inęqualibus tam diei, quàm noctis artificialis, Capita.

Tertiæ partis, quæ de usu instrumenti 12 domorum, atque inæqualium horarum usu, canones præcipui.

INDICIS FINIS.

PRIMA PARS, IN QVA DVODECIM CÆLEstium domorum ratio omnimodè tractatur.

De earundem cælestium domorum origine, numero, atque differentia.

1 SI QVAEPIAM IGITVR (VT AD rẽ ipsam deueniamus) ei Astrologiæ parti, quã iudiciariã appellãt, uideatur inesse certitudo: hęc potissimũ ex ipsa radiorum tum errãtium, tum fixorũ syderũ rationabiliter distributa, siue distincta proiectione, pendere uidetur. Discurrentiũ porrò syderũ per totum Orbis ambitũ, sensibiliter, signãtérue mutatæ radiorum proiectiones, duobus modis de necessitate consyderantur. In primis, ratione proprij & intrinseci motus eorundẽ syderum, potissimum errantium, qui in longum Zodiaci uel obliqui circuli, ab occidente uersus ortum, cõtra uidelicet primi ac uniuersalis motus positionem, in diuersis temporũ absoluitur interuallis: Vel ad ipsum primum ac uniuersalẽ motum referuntur, quo scilicet totus cælestis Orbis, ab oriẽte, per medium cæli, ad occasum, indefessa latione dietim circunfertur. Eiuscemodi autem irradiationum proiectionũmue distinctiones, seu radiorum per congrua totius ambitus circularis interualla factæ distributiones: domus, siue mansiones, ab omnibus uocitãtur Astrologis. Quas duobus modis designare, pendenter fuit operæpretiũ: in Zodiaco, inquam, & eo circulo uerticali, qui rectos cum horizonte atque meridiano facit angulos, & boream utriusque hemisphærij partem, ab australi separat: hoc est, pro annua ipsius Solis, atque diurna totius cæli reuolutione. Nam quemadmodum sydera (potissimum errantia) Zodiacum ipsum gradatim perambulando, pro diuersa suorum radiorum in hæc inferiora proiectione, proprias uires imprimere, naturalésue potestates multifariam

exercere uidentur: Non aliter ad uniuersalem motum cæli (quem diurnum, siue primum appellant) absque intermissione reuoluta, diuersas irradiationes, tum ascendendo super horizontem, aut sub illo descendendo, tum ipsum præterlabendo meridianum, intra diem naturalem censentur cõtrahere: & horum propterea inferiorum qualitates, siue naturas, pendenter immutare.

De prima domorum in Zodiaco facta distinctione, quæ signa propriè nuncupantur.

2 IN PRIMIS IGITVR, MANSIONES, SIVE domus cælestes, quæ in ipso desumuntur Zodiaco, nihil aliud esse uidentur, quàm duodecim eiusdem Zodiaci signa, sex maioribus circulis per utrosque Zodiaci polos eductis designata, & triginta eiusdem Zodiaci gradus (qualium totus circularis ambitus 360 perhibetur) includentia, quorum sex dicuntur septentrionalia, & totidem australia, à uernali quidem sectione Zodiaci cum Aequatore, per solstitium ęstiuum, & æquinoctium autumnale, ad brumale solstitiũ, iuxta uidelicet proprij motus ipsorum planetarum positionẽ distributa, propriisque nomenclaturis, à rerum siue animalium natura desumptis, inuicem distincta. Prima nanque domus, siue mãsio, Aries dicitur, secunda Taurus, tertia Gemini, Cancer quarta, Leo quinta, sexta Virgo, septima Libra, octaua Scorpio, Sagittarius nona, decima Capricornus, undecima Aquarius, & duodecima à Piscibus denominatur. Eiuscemodi nanque duodecim Zodiaci signa, mãsiones, siue domicilia planetarũ fuere nuncupata, à quibus duodecim anni menses deriuati sunt: quæ rursum à duobus magnis circulis, per eosdem æquinoctiorũ atque solstitiorũ cardines transeuntibus, & sese inuicem ad rectos dirimentibus angulos, in quatuor quadrantes, signorúmue ternarios, quatuor anni partibus respondentes separantur. Tria nãque prima domorum interstitia, Aries scilicet, Taurus, & Gemini, uernalia dicta sunt: sequẽtia tria, Cãcer, inquam, Leo, & Virgo, ęstiua: Tria uerò succedẽtia, utpote, Libra, Scorpio, Sagittarius, autumnalia: & reliqua tria, Capricornus

pricornus uidelicet, Aquarius, & Piſces, hyemalia uocitantur.

Cur autem huiuſcemodi ſigna, planetarúmue domicilia in duodenarium potius, quàm in datum quemuis alium numerum diſcreta fuerint, & à uernali ſectione potius, quàm aliunde ſumpſerint exordium, atque à præfatis rerum & animaliũ nomẽclaturis, propriam acceperint denominationem: tertio, & quarto capitibus, ſecundi libri noſtræ Coſmographiæ, ſeu Mundanæ ſphæræ, ſufficienter expreſsimus. Aries itaque & Scorpio, ſunt domus Martis: Taurus & Libra, Veneris: Gemini uerò & Virgo, ipſius Mercurij: Cancer autem, domus Lunæ: & Leo, ipſius Solis domus dicitur: Sagittarius porrò atque Piſces, Iouis ſunt domicilia: Capricornus demũ & Aquarius, Saturno deputantur. In his nanque ſignis, ſiue domibus, ſupraſcripto modo diſtributis, exiſtentes planetæ, ſuas uires naturales, ueluti domini in propriis ædibus potiſsimùm uidentur exercere. Quemadmodum à Ptolemæo 18 capite ſecundi tractatus ſui quadripartiti, cæteríſq; ab illo emanatis Aſtrologis, partiliter exprimitur: ubi ſimul demonſtratur, quibus rationibus & argumentis, præfatæ domus eiſdẽ planetis & luminaribus, ſupraſcripto modo fuerint attributæ. Dicuntur pręterea ipſi planetę atque luminaria, ſub certis ſignis ſeu determinatis domibus exaltari, hoc eſt, propriis uiribus ſiue naturis excellere. Sol enim in Ariete, Luna in Tauro, Saturnus in Libra, Iupiter in Cancro, Mars in Capricorno, Venus in Piſcibus, & Mercurius in Virgine exaltari perhibetur. Quẽadmodum capite uigeſimo, eiuſdem ſecundi tractatus ipſius Ptolemęi, ampliſsimè declaratur. Adde, quòd Aſtrologi eiſdem ſignis Zodiaci, ſiue duodecim cæli domiciliis, alias adſcribunt naturas ſiue qualitates, quàm præallegato capite quarto, ſecũdi libri noſtræ Coſmographiæ ſeu Mũdanę ſphęræ (ubi ſolam rationem habuimus annuæ reuolutionis ipſius Solis in Zodiaco circulo) tradiderimus. Et ſecundum illas, quatuor eliciunt ternarios ſiue triplicitates, quatuor elementorum naturis reſpondentes, ab inſcriptis triangulis æquilateris & inuicem æqualibus deſignatas. In primis enim, Arietem, Leonem, & Sagittarium, ſupponũt eſſe de natura ignis,

calida uidelicet & ſicca : Geminos uerò, Libram, & Aquariũ, de natura aëris, utpote calida & humida: Cancrum inſuper, Scorpionem, & Piſces, aquea, humida ſcilicet & frigida : reliqua porrò tria ſigna , Taurum inquam, Virginem, & Capricornũ , de natura terreſtri, frigida uidelicet & ſicca. Quarum triplicitatum ſiue naturarum rationem elicies ex 19 capite ſecũdi tractatus quadripartiti eiuſdem Ptolemæi. De hac itaque primaria duodecim domorum inſtitutione , quæ ſuccedentis fuiſſe uidetur origo, hæc in præſentiarum ſint ſatis, adiũcta ſolummodò ſupradictorum omnium, & ob oculos expoſita figura.


Figura domorum, exaltationum, & triplicitatũ planetarum, in Zodiaco deſumptarum.

De secũda duodecim domorum cælestium partitione, pro diurno motu totius cæli pendenter excogitata.

3 AD SECVNDAM IGITVR DVODECIM cęlestium domorum distributionem(de qua potissimũ quęstio agitatur inter Astrologos) deueniendum consequenter esse uidetur. In primis igitur, ab omnibus, nedum Astrologis,receptum est, propositã & ad diurnum motum Vniuersi relatam domorum partitionem, quemadmodum & signorũ Zodiaci,duodenarium obseruare numerum: foréque sex domorum interualla supra,& totidem infra circulum horizontem: sex præterea ad ortũ, & totidem ad occasum prospectãtia.Meridianus igitur, atque horizon circulus, in primarios earundem cælestium domorum distinctores, de necessitate subrogantur:per quorum mutuas intersectiones,& eum uerticalem circulum,qui rectos cum ipso meridiano facit angulos,cuius uidelicet præfatæ meridiani & horizontis intersectiones sunt poli, cæteri quatuor magni circuli reliquos domorum angulos designantes,consequenter producuntur: cũ omnes per eosdem polos transire sit operæpretium. Et quoniam meridianus & horizon ad rectos sese inuicem diuidũt angulos, dirimunt propterea eundem uerticalem circulum, qui rectos cum utroque facit angulos, in quatuor quadrantes: cæteri uerò quatuor magni circuli,unumquemque quadrantem in tres partes adinuicem æquales, quarum quælibet unius signi quantitatem comprehendit, utpote, gradus 30, qualium totus circulus est 360.Hoc itaq; modo,præfatus circulus uerticalis, & totus consequenter ambitus Vniuersi, in duodecim signa,instar Zodiaci diuiditur, quæ domus peculiari nomine uocitantur.Et quemadmodum ordo signorum ipsius Zodiaci,à uernali sectione cum Aequatore sumit exordium,& per solstitium æstiuum,& ęquinoctium autumnale, ad brumale solstitium,contra motus diurni positionem distribuitur: haud dissimiliter & ipsę duodecim domus, ab ortiua horizontis parte,per subterraneum meridianum,ad occiduã, in cęli uerticem,iuxta signorum ipsius Zodiaci successionem

ordinantur. Velut ea quæ ſequitur figura, utcunque demonſtrat: in qua circulus *a b c d*, meridianum repræſentat: recta uerò *b e d*, horizõtem obliquum: & *a e c* recta, circulũ uerticalem, qui rectos cum meridiano cauſat angulos: recta porrò *f e g*, ipſum imitatur Aequatorem, cuius poli ſunt pũcta *h*, *l*. Quilibet inſuper ex 30 gradibus uniuſcuiuſque domus, in minuta ſexagenaria



ſolito more diſtribuitur, inſtar uidelicet cuiuſlibet gradus Zodiaci, alteriúſue circuli: idque per circulos magnos, communes itidẽ meridiani & horizontis interſectiones pertranſeuntes, quos poſitionum appellãt circulos. Is autem circulus, qui ex eiſdem ſectionibus meridiani & horizõtis, per datæ cuiuſpiam ſtellæ centrum tranſire diffinitur, horizon ipſius ſtellæ nuncupatur: imò ſinguli tam primarij ſupradictarum domorum diſtinctores, quàm etiam ſubdiuiſores circuli, nihil aliud eſſe uidentur, quàm obliqui quidam horizõtes: ut ex ipſarum domorum calculo fit manifeſtum: de quo undecimo, duodecimo, atque decimotertio canone primi libri noſtrorum Canonum Aſtronomicorum luculenter expreſsimus.

De collatione harum XII domorum Vniuerſi, cum XII ſignis Zodiaci.

4 QVEMADMODVM IGITVR ZODIACVS circulus, tam ab horizonte, quàm ab ipſo meridiano circulo bifariam perpetuò diuiditur: haud diſsimiliter prædictarum duodecim domorum ſupraſcripto modo diſtributarum, ſex infernum,

infernum, totidémque ſupernum occupant hemiſphærium: ſex præterea ortiuam mundi partem,& totidē occiduam conſpicere uidentur. Vt duo conſequenter magni circuli,ad rectos angulos in Zodiaci polis ſeſe inuicem dirimentes, quatuor ipſius Zodiaci cardines, duo uidelicet æquinoctia, totidémque ſolſtitia notant:ſic meridianus & horizon, ad rectos itidem ſeſe interſecantes angulos, quatuor Mundi cardines, inſignioréſue prædictarum domorum angulos,in pręfato circulo uerticali, deſignare uidentur: utpote, angulum orientis (quem uocant horoſcopum) occidentis , medij cæli, atque ſubterraneum angulum eidem oppoſitum : primæ uidelicet, quartæ,ſeptimæ,atque decimæ domorum initia præfiniētes.

Habet enim angulus orientis,à quo domus ipſæ numerantur, quandam cum ſectione uernali ſimilitudinē, quæ ſignorum Zodiaci facit exordium:& angulus medij cæli, cum æſtiuo ſolſtitio:occidētis uerò angulus, cum æquinoctio autumnali:atq; ſubterraneus angulus,cum ſolſtitio brumali. Et proinde,quarta quæ eſt ab ortu ad medium cæli, uernali quartæ Zodiaci:& à medio cæli ad occaſum comprehenſa,æſtiuæ:ab occaſu autem uſque ad ſubterraneum angulum, autumnali: ab angulo denique ſubterraneo ad ortum,hyemali eiuſdē Zodiaci quartę ſimilis eſſe uidetur.Sex pręterea domus ſuperiores,hoc eſt,patens occupantes hemiſphærium, borealibus ſignis Zodiaci:ſex uerò ſubterraneas,auſtralibus quodam mobo reſpondere fit manifeſtum. Adde, quòd ueluti quatuor ſigna ab æquinoctiis, & ſolſtitialibus punctis inchoata, utpote Aries,Cancer,Libra,Capricornus,cardinalia,mobiliáq; dicta ſunt:& ſequentia quatuor, Taurus uidelicet, Leo, Scorpio,& Aquarius,fixa:cętera uerò quatuor,utpote Gemini, Virgo,Sagittarius,Piſces, indifferentia, ſiue cōmunia,ab ipſis uocitātur Aſtronomis: Sic inter duodecim domos quæ ab ipſis quatuor angulis, interſectionibúſue meridiani & horizontis cum ipſo uerticali circulo exordiūtur, utpote, prima, quarta, ſeptima,atque decima,angulares nūcupantur: ſequentes uerò quatuor,ſecūda uidelicet,quinta,octaua & undecima,ſuccedētes:reliquæ uerò quatuor,tertia,inquā, ſexta,nona, atque

duodecima, cadentes, ſeu deiectæ dictæ ſunt. In ſumma, præfatæ 12 domus ipſis 12 Zodiaci ſignis, multifariam multíſque nominibus congruere, ſimilésque fore uidentur: & à iudiciariis Aſtronomis, in plano per lineamẽta recta, ut ĩ ſubſcripta cõtinetur figura repręſentãtur. Quales autem ępprietates habeant ipſa domorum interſtitia, quídue ĩ illis exiſtentia ſydera contrahere uideãtur, hoc loco declarare, non eſt operępretium. Confugiendum igitur eſt, ad quadripartitum, atque centilogium C. Ptolemæi Peluſienſis, cæteróſque ab illo emanatos Aſtrologos.



Quòd præfatæ 12 domus cæleſtes, uti ſupra traditum eſt, rationabiliter diſtinguantur, ab auctoritate confirmare.

5 QVANVIS SVPRADICTARVM DOMORum diſtributio, cuiuis (etiam mediocriter erudito) rationalis, ac imitanda iure uideatur: iuuat nihilominus, nonnullorum in mathematicis, & iudiciaria peritorum Aſtrologia auctoritate, illam confirmare. Habes igitur in primis, Claudium Ptolemæũ Peluſienſem, & Halyeben Rodan illius interpretem, alióſque non aſpernandos Aſtrologos, potiſsimum Arabes, qui ipſius Ptolemæi quadripartitum, atque centilogium ſequuti ſunt. Idem nanque Ptolemæus, illiúſque ſequaces Aſtrologi, arcum ſemidiurnum, atque ſeminocturnum puncti orientalis

orientalis Eclipticæ, hoc eſt, ipſius horoſcopi, uel aſcendẽtis, in tres partes inuicem ęquales diuidebant,& ex Mundi polis, per ipſa diuiſionum pũcta, & aſcendens punctum Eclipticę, quinque magnos educebãt circulos,qui unà cũ meridiano uniuerſum cælum in 12 domos diuidebant, quarum quælibet duplum unius horæ, hoc eſt, 30 gradus Aequatoris comprehendebat.Sed meminiſſe oportet,hunc C. Ptolemęum Peluſienſem, cęteróſque Arabes illius interpretes, ſub recto propemodum ſphæræ ſitu habitaſſe:in quo circulus Aequator in eum concidit uerticalem circulum, qui rectos cum meridiano efficit angulos,ubi præterea diurnus arcus nocturno ſemper eſt ęqualis. Vtebantur propterea Aequatore circulo, non quatenus is erat Aequator,ſed quoniam prę̃fati circuli uerticalis fungebatur officio:Mundi quoque polos,ueluti communes meridiani & horizontis interſectiones ſubrogabant. Circulus prę̃terea qui per aſcendens Eclipticæ punctum ducebatur,à recto diſcrepare non uidebatur horizõte:cuius rei fidem facit,quòd ipſarum domorum cuſpides, per rectas colligebãt aſcenſiones.In obliqua igitur ſphæra,ubi præfatus Aequator ab ipſo uerticali circulo diſsidet, ea domificandi ratio uenit prorſus obſeruanda,qualem nuper tibi deſcripſimus. Idem prę̃terea C.Ptolemęus,ſeptimo capite primi tractatus ſui quadripartiti ait, Solẽ motu diurno ſimiles efficere mutationes, quales per quatuor anni tempora.Eodem itaque modo diuidendus eſt uniuerſus ambitus ipſius cæli, quo & ipſe Zodiacus,ſeu uia ſolaris:utpote in 4 quartas, & quarta quęlibet in tria ſignorum,ſiue manſionum interſtitia. Idem etiam aſſerit Albumaſar differentia 26 ſexti tractatus ſui magni introductorij: oſtendit enim domorum diſtinctionem faciendam eſſe ad imitationem diuiſionis ipſius Zodiaci. Habes inſuper Campanum Nouarienſem, uirum in mathematicis ſuo tempore rarum,ut illius teſtãtur opera:qui 29 capite ſuę ſphęrę,traditam à nobis domorum diſtinctionem,ueluti rationalem,atque cęteris probabiliorem,ſummatim perſtringere, ac imitandam eſſe in quocunque ſphęrę ſitu,fideliter admonere uidetur. Huic etiam aſtipulatur Ioannes Raguſinus Gazu-

lus,qui de hac domorum confirmatione atque calculo,multa præclarè ſcripſit (ut Regiomontanus teſtatur) quæ ad manus noſtras peruenire nuſquam potuerũt. Hanc quoque domificandi rationem extollit plurimum Henricus Bate Germanus,in ſua Aſtrolabij atq; Directorij compoſitione: inquit enim capite tertio, Et propter quãdam opinionem de domibus,& aſpectibus,quæ fortaſsis à rationibus ſuis non eſt penitus excluſa, quamuis ab authoribus non exprimatur,&c. Deinde ſubiungit capite undecimo, ubi domos æquare, & aſpectus dirigere docet: Si uerò cuiquam libeat domos coequare,& aſpectus dirigere, & alia per modum illum, ſecundum quem imaginamur hemiſphærium diuidi in partes æquales, per magnos circulos trãſeuntes per ambas ſectiones meridiani circuli & horizontis,circulum altitudinis,qui per oriens & occidens uadit,uniformiter diuidendo: quia forſitan hic modus, aliquibus rationabilis uidetur, &c. Adde quòd bona pars peritorũ Aſtrologorum,eorũ potiſsimum quibus in hac parte fides adhibetur,aſpectus planetarum,cæteráſque radiorum proiectiones,per gradus æquales dirigere ſolet, & ita fore dirigenda omnia,paſsim admonere uidetur:hoc eſt,per domos inuicem æquales,ut in gradus æquales inſtar ſignorũ Zodiaci diſtributas, quales ſupra deſcripſimus. Quod plerique aut ignorantes, aut nolentes intelligere, hos gradus æquales ad ſolum referunt Zodiacum: quaſi reliquorum circulorum gradus inæquales ſint adinuicẽ, & directiones ipſę per aſcenſiones ſupra circulos ipſarum domorum diſtinctores, ueluti ſupra quoſdam horizontes, non abſoluerẽtur. Eiuſcemodi nanque domorum gradus, æquales præfati nuncuparunt Aſtrologi:ad differentiam illorum, qui tum domos, tum illarum partes,ſiue gradus, inæqualiter diuidunt: quorum opinio,quàm irrationalis & reproba fuerit, diſſerendum conſequenter eſſe uidetur.

De irrationali quorundam opinione,qui præfatos circulos in quacũque ſphærę poſitione,per Aequatorẽ tranſire cõpellũt: déq; ipſius opinionis reprobãda prorſus ineptitudine.

QVI

6 QVI IGITVR PRAEFATVM PTOlemæum Pelusiensem, cæterósque tum Aegyptios, tum Arabes Astrologos imitari uoluerunt, & ea quæ illi tanquam in recta sphæra degentes obseruarunt, datæ cuiuis obliquitati sphæræ indifferenter coaptarunt, peccarunt turpiter. Nam cuiuslibet domus partem sursum, partem uerò sub horizonte, contra ipsius artis, & omnium Astrologorum pręcepta detrudebant. Quod nonnulli peritiores tandẽ animaduertentes Astrologi, circulos ipsos domorum, non per Mundi polos, sed mutuas meridiani & horizontis intersectiones (uti suprà declaratum est) ducendos esse censuerunt: sed qui trigenos Aequatoris gradus, uelut in recta sphęra, non autem præfati circuli uerticalis, comprehenderent. Vt subscripta figura demonstrat: in qua rursum meridianus *a b c d*, Aequator *b e d*, illius poli puncta *a* & *c*, horizõ obliquus *f e g*, & is uerticalis circulus qui rectos cũ meridiano facit angulos *h e k*: & reliqua, ut in figura.



Hãc igitur domificandi rationẽ Abraham Auenaris (alioqui peritus Astrologus) suo introduxit tempore: quæ tandem à peritioribus reiecta fuit Astrologis, & in suam harmoniam, quam tibi supra descripsimus, fideliter reuocata. Quod Ioannes Saxonensis Germanus, primus tabularum Alphonsinarum, ac ipsius Alchabitij clarus interpres (ut cæteros omittam) apertè confirmat. Inquit enim commẽto eius partis Alchabitij, cui titulus est, de esse circuli accidentali: Est enim alia imaginatio de domibus, quam tenet Abrahã Auc-

naris, & imaginatur trãſire circulos per diuiſiones Aequinoctialis, & per interſectionem circuli meridiani & horizontis ex parte ſeptentrionis,&c. Deinde ſubiungit: Iſta uia non cõmuniter tenetur, ideo non curo eam multum explanare.

Eandem nihilominus dudum reiectam opinionem, Ioannes Regiomontanus, itidẽ germanus, & pro ſuo tempore, atq; ætate, in mathematicis admodum eruditus, in uſum reuocare conatus eſt: quem omnes fere iuniores Aſtrologi, ſola illius auctoritate ſuffulti, leuiter ſunt imitati. Inter quos nonnulli, qui uel inuidia, aut philautico furore, ad aliorum inſectanda opera propenſiores exiſtunt, quàm requirat philoſophica (ne dicam Chriſtiana) modeſtia: meipſum, & alios nonnullos, propterea quòd ſupraſcriptam, & à Campano probatam domificandi rationem, ueluti fideliorem, cæteris præſtare nõ ſine ratione iudicauimus: ineptiſsimis ſcriptis, nullis autem rationibus, aut probabilibus argumentis, prouocare non erubuerunt: quorum exprimere nomina, (tantum abeſt ne illis reſpõdeamus) duximus prorſus indignum. Verùm ut iis qui de aliorum ſcriptis, citra inuidiam, uel affectum, iudicare conſueuerũt, ſatis hac in parte faciamus: imbecillitatem ipſius opinionis Regiomontanæ, ab ſtudio contradicendi potius, quàm à ratione ſubortam, hoc loco declarare duximus operæpretiũ. In primis itaque, domus horizonti uiciniores minores erunt cæteris: quæ autẽ propiores, meridiano tanto maiores: tantóque magis inuicem magnitudine diſcrepantes, quanto ſphæra obliquiorem fuerit adepta poſitionem: quod & de ipſarum partibus, pendenter erit iudicandum. Non poterunt igitur radiorum in terram, aut alibi proiectorum anguli, & proinde neque illorum uires, atque poteſtates, ſub rationali differentia, ſeu diſcreta menſura diſcerni: quòd per ipſam prius enarratam domorum conſtitutionem, etiam in quacunque ſphæræ poſitione, indifferẽter obſeruatur, quemadmodum radicalis ipſarum domorũ origo uidetur exoptare. In hunc enim finem eiuſcemodi cæli domicilia excogitarunt Aſtronomi, ut paulatim eleuatis ſyderibus, aut ſub horizonte depreſsis, ipſúmue meridianum circulum ad motum

Vniuerſi

Vniuersi præterlapsis, sensibiliter immutata prædictorum syderum irradiatio, certis quibusdam, ac inuicem æqualibus (ut de annua Solis in Zodiaco reuolutione dictum est) discernerentur interuallis. Quisnam propterea in tota unquam uidit sphæralium circulorum harmonia, ut magnus aliquis circulus per alios circulos in suas partes diuidatur, quàm eos qui per proprios illorum polos incedunt: & uersauice, magnos itidem circulos per datos emitti polos, nisi in gratiam & relationem illius circuli, cuius sunt poli? Quemadmodum enim Zodiacus in 12 signa, & signum quodlibet in 30 gradus, per circulos magnos è propriis polis egredientes diuiditur: & Aequator per eos circulos, qui per suos, hoc est, Mundi polos incedunt: meridianus autem per eos itidem circulos, qui ex mutuis horizõtis, & ipsius uerticalis circuli, qui rectos cum utroque facit angulos, prodeunt intersectionibus, quæ ipsius meridiani sunt poli: horizon denique per circulos uerticales, qui ex illius polis, utpote uertice, & opposito puncto demittuntur: Haud aliter prefatum uerticalem circulum, meridiano & horizonti orthogonum, per eos circulos magnos pendenter diuidere est operæpretium, qui ex eius polis, hoc est, mutuis horizontis cum meridiano sectionibus prodire diffiniuntur, cuiusmodi sunt ipsarum domorum distributores circuli. Omnium insuper magnorum circulorum sese inuicem secantium interualla, per eum semper dimetiuntur circulum, qui inter utrasque dictorum circulorum (uelut inter suos polos) æquidistat intersectiones. Hæc igitur renouata domificandi ratio, quam tantopere iuniores insequuntur Astrologi, omnibus modis reiicienda est, & descripta à nobis cum Campano ubique locorum obseruanda: ni uolueris artem ipsam, & uniuersam sphæralium circulorum harmoniã, atque insigniorum Astrologorum præcepta funditus euertere, & falsum uero obstinatè præferre.

Solutio argumentorum Regiomontanorum, aduersus Campanum, & eos proinde qui illius sequuntur opinionem.

7 QVANQVAM AVTEM PRODVCTA A Regiomontano contra Campanum, illiúſque probantes opinionem argumenta, in proprium authorem retorqueri uel facile poſsint: placet nihilominus, eorundem argumentorum imbecillitatem obiter perſtringere. Accuſat itaque primùm Regiomontanus ipſum Campanum, quòd domorum diſtinctiones in eo dimetiãtur circulo (utpote uerticali) qui prorſus imaginarius, nulliúſque poteſtatis eſſe uidetur: Quaſi Aequator circulus non fuerit abſtractiua cogitatione delineatus, & uirtutem aliquam ex ſeipſo tribuat ſyderibus. Cùm apertum ſit, ueram domorum diſtributionem, eum tantum ſibi uendicare circulum, qui regularem quandam, ac ſenſibiliter per ſingulas domos immutatam radiorum proiectionem, in quauis ſphæræ poſitione aptè diſtinguat: quod ſolus uerticalis uidetur efficere circulus, inter utraſque meridiani & horizontis interſectiones collocatus. Nec facit ad rem ipſam, facilis, aut difficilis, ab ipſo Campano, uel Gazulo, aut alio quouis traditus domificandi calculus. Ex qua enim logica ſubinfertur: hic non exactè ſupputandi rationem expreſsit, ergo propoſita domorum deſignatio reiicienda eſt. Multa enim ſunt uera, atq; certa, quæ nihilominus calculo uidentur eſſe difficillima.

Arguere præterea, quòd longè maior arcus Eclipticæ in una domorum includatur, quàm in alia, eſt apertè cauillari: cùm idem in primis iuxta Regiomontanum domificandi modum de neceſsitate contingat, atque in maiori prædictorum arcuum differentia, propter ipſarum domorum inequalitatem. Sed hoc, nihil ad rem facere uidetur: cùm ſola ſyderum altitudo, ſiue depreſsio ad horizontem relata circulum conſyderanda ſit, quæ ad diurnum motum Vniuerſi, radiorum angulos, & proinde uires ſyderum ſenſibiliter immutet. Secus foret, ubi præfatæ domus iuxta primã illarum diuiſionem, in ipſa deſumerentur Ecliptica. Qui autem arguunt Regiomontani auctoritatem, propter eam quæ in illo fuit eruditionem, cæteris omnibus eſſe præferendam, multis iniuriam faciunt, nedum ipſi Campano, qui fuit ſuo tempore doctiſsimus, ut per eum uerſa, atque conſcripta teſtantur opera.

Non

Non erat igitur adeò friuolis allegationibus, tam apertis renitendum argumentis, quibus præfata domificandi ratio, cæteris præstare conuincitur. Quã dum imitandam esse obiter admoneremus, neminem propterea in nostram sententiam adstringere nitebamur: etsi cuipiam minus placuisse uisus sum, in illius situm erat arbitrio, quam uellet opinionem in suum usum reuocare. Nemo quoque iudicium, aut libertatem, seu rerum cognitionem, à nobis auferre poterit: ut eam quam probabiliorem, & rationibus suffultam uidemus opinionem, insequendam fore non consulamus. Sed de his satis: si quæ autem aliæ introductæ fuerint domificandi traditiones, indignæ sunt, quæ recitentur: tantum abest ne in certamen cum ipsis ueniant Astrologis.

Vt ipsę XII domorum in Ecliptica factæ distinctiones, dato quouis tempore, & oblata sphæræ positione colligi debeãt.

8 RELIQVVM EST, PAVCIS ADMONEre qualiter ascendens Eclipticæ punctum, unà cum cæteris domiciliorum cardinibus, ad datum quodcũque tempus, & oblatam poli borealis exaltationem colligi uel facilè possint. Id autem ascensionum tum rectarum, tum obliquarum absoluendum est beneficio: ipsi namque domorum distinctores circuli, obliqui quidam esse uidentur horizontes: excepto meridiano, qui rectum horizontem imitatur, utpote, qui per Mũdi polos transire diffiniatur. Tria itaque huic negocio prænoscenda uidentur. obliquitas in primis ipsius dati horizontis, hoc est, quantum super illum alter Mundi polorum exaltetur: Id autem ex secunda parte tertij capitis libri quinti nostræ Cosmographiæ seu mundanæ sphæræ, uel decimo canone primi libri nostrorum Canonum astronomicorum (quos recens edidimus) dignosci uel facilè poterit. Supputandum est præterea, quãtum idem Mundi polus, super unumquemque reliquorum circulorum præfata cæli domicilia designantium extollatur: Quod ex undecimo canone ipsius præallegati libri primi, colligere non est difficile, & simul præuidere

quænam ex 12 domibus ęquales ſortiantur poli ſublimitates.

Tertium autem quod ſimul agnoſcendum eſſe uidetur, eſt arcus Aequatoris circuli, intra quamlibet domorum comprehenſus: ut propriæ ſingularum domorum aſcenſiones colligantur, quæ per ſolum dimetiuntur Aequatorem. Cùm enim ſingulę domus, de circulo uerticali æquales arcus, hoc eſt, ſingula ſigna continere diffiniantur: inæquales igitur arcus ipſius Aequatoris de neceſsitate comprehendent. Qua ratione autem eiuſcemodi arcus Aequatoris deprehendantur, duodecimo canone pręallegati libri primi noſtrorum Canonum clarè demonſtrauimus: ubi ſimul edocuimus, quænam domus æquales ipſius Aequatoris arcus intercipiant. Qua ratione demum, ſupradictorum adminiculo, aſcendens ſiue horoſcopus, & reliquarum domorum initia, iuxta præoſtenſum domificandi modum ſupputari debeant, ſuccedenti canone, utpote, decimotertio ſæpius allegati primi libri, ſufficienter expreſsimus. Lectorem igitur ad ſupradictos canones (ne idē toties inculcare uideamur) iure remittimus. Ex quibus canonibus, tabulam domorum ad tuæ regionis latitudinem (ſi mihi credas) ſemel, fidelitérque ſupputabis, quæ te à non modico labore in perpetuum ſubleuabit: qualem hoc loco, ad Pariſienſem ferè latitudinem ſupputatam, libuit ſubſcribere, cuius uſus in hunc modum ſe habet. Collecto aſcendente Eclipticæ gradu, ſiue horoſcopo, per nunc citatum decimumtertium canonem libri primi noſtrorum Canonum aſtronomicorū, & in ęquo graduum ordine, ſub proprio tabulæ ſigno reperto: è recta illius regione offendentur reliquarum quinque ſubterranearum domorum exordia, gradibus & minutis expreſſa, quæ illis adſcribentur Eclipticæ ſignis, quorum characteres immediatè ſupraſcribentur. Cæterarum porrò & oppoſitarum domorum initia, per oppoſitas Eclipticæ partes uel facilè dignoſcentur: maiores enim in ſphæra circuli, cuiuſmodi ſunt Ecliptica, & ipſarum domorum diſtinctores, perpetuò ſeſe inuicem bifariam diſpeſcunt. Quòd ſi gradibus ipſius aſcendentis, minuta quæpiam adhęſerint, & pauciores fuerint 30, ea poterunt abſque iactura derelinqui: uel accipiē-

dus

dus erit gradus proximè ſequens, ubi præfata minuta, 30 exuperauerint numerum: & occurrẽtes è dextra regione domorum diſtributiones colligendæ: ni iuuet forſitan, pro ratione dictorum minutorum ad 60, differentiarum antecedentium domorum, ad proximè ſequentes, proportionales accipere partes: & illas ſingulis domorũ exordiis, eidem gradui aſcendentis reſpondentibus, ſolito more componere: ſi curioſam magis, quàm utilem habere placeat ſupradictarum 12 cæleſtium domorum præciſionem.

SEQVITVR TABVLA XII DOmorum iuxta rationalem uiam, ad eleuationem poli arctici 48 graduum (qualis propemodum eſt Pariſienſis) fideliter admodum ſupputata.

TABVLA SEX DOMOrum ſubterranearum, Aſcendente Ariete.

Aſcẽdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♈		♊		♊		♋		♋		♌	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	1	43	20	10	0	26	28	11	27	57
2	0	2	16	20	36	0	50	28	36	28	19
3	0	2	50	21	4	1	17	29	0	28	42
4	0	3	23	21	30	1	43	29	26	29	4
5	0	3	57	21	58	2	9	29	51	29	27
6	0	4	29	22	24	2	35	0 ♌	16	29	49
7	0	5	3	22	52	3	2	0	40	0 ♍	12
8	0	5	36	23	19	3	29	1	6	0	44
9	0	6	10	23	46	3	55	1	32	0	58
10	0	6	54	24	23	4	22	1	57	1	20
11	0	7	15	24	40	4	49	2	27	1	44
12	0	7	47	25	8	5	16	2	49	2	6
13	0	8	20	25	35	5	42	3	14	2	29
14	0	8	52	26	2	6	8	3	40	2	59
15	0	9	24	26	29	6	35	4	5	3	23
16	0	9	55	26	56	7	2	4	30	3	38
17	0	10	28	27	24	7	30	4	57	4	2
18	0	11	0	27	50	7	56	5	23	4	25
19	0	11	32	28	19	8	22	5	49	4	43
20	0	12	4	28	46	8	52	6	16	5	12
21	0	12	36	29	14	9	20	6	42	5	36
22	0	13	9	29	43	9	48	7	10	6	0
23	0	13	41	0 ♋	10	10	16	7	36	6	24
24	0	14	13	0	38	10	44	8	4	6	48
25	0	14	46	1	6	11	13	8	30	7	13
26	0	15	18	1	35	11	43	8	57	7	37
27	0	15	51	2	4	12	11	9	27	8	3
28	0	16	23	2	32	12	40	9	53	8	28
29	0	16	56	3	0	13	9	10	22	8	53
30	0	17	29	3	30	13	39	10	50	9	19

TABVLA SEX DOMORUM ſubterranearum, Aſcendente Tauro.

Aſcẽdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♉		♊		♋		♋		♌		♍	
gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.
1	0	•18	3	4	0	14	9	11	19	9	45
2	0	18	45	4	30	14	38	11	49	10	11
3	0	19	10	4	59	15	11	12	18	10	37
4	0	19	43	5	29	15	42	12	47	11	3
5	0	20	16	5	59	16	12	13	16	11	30
6	0	20	50	6	30	16	43	13	46	11	56
7	0	21	24	7	0	17	15	14	16	12	23
8	0	21	58	7	31	17	48	14	47	12	51
9	0	22	30	8	2	18	20	15	17	13	18
10	0	23	5	8	34	18	53	15	48	13	46
11	0	23	39	9	5	19	25	16	19	14	14
12	0	24	13	9	28	19	59	16	51	14	43
13	0	24	48	10	9	20	33	17	23	15	11
14	0	25	23	10	42	21	8	17	56	15	40
15	0	25	58	11	15	21	42	18	30	16	10
16	0	26	34	11	49	22	18	19	4	16	40
17	0	27	10	12	23	22	54	19	39	17	11
18	0	27	46	12	57	23	30	20	13	17	41
19	0	28	22	13	36	24	12	20	52	18	16
20	0	28	58	14	6	24	45	21	22	18	43
21	0	29	35	14	42	25	23	21	58	19	15
22	0	0 ♋	13	15	18	26	2	22	36	19	48
23	0	0	50	15	53	26	40	23	10	20	20
24	0	1	25	16	29	27	19	23	48	20	52
25	0	1	59	17	5	27	58	24	24	21	24
26	0	2	38	17	42	28	38	25	2	21	59
27	0	3	23	18	20	29	19	25	40	22	33
28	0	3	59	18	58	0 ♌	0	26	19	23	7
29	0	4	38	19	37	0	43	26	59	23	42
30	0	5	18	20	17	1	26	27	30	24	19

TABVLA SEX DOMORum ſubterranearum, Aſcendentibus Geminis.

Aſcẽdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♊		♋		♋		♌		♌		♍	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	5	57	20	57	2	10	28	20	24	39
2	0	6	38	21	37	2	54	29	2	25	31
3	0	7	19	22	18	3	39	29	44	26	8
4	0	7	59	22	59	4	24	0 ♍	26	26	46
5	0	8	40	23	42	5	10	1	10	27	24
6	0	9	23	24	26	5	58	1	55	28	3
7	0	10	6	25	8	6	47	2	40	28	43
8	0	10	48	25	50	7	35	3	25	29	23
9	0	11	30	26	34	8	25	4	10	0 ♎	3
10	0	12	14	27	18	9	14	4	56	0	43
11	0	12	57	28	3	10	5	5	40	1	23
12	0	13	40	28	48	10	55	6	26	2	5
13	0	14	25	29	34	11	48	7	15	2	47
14	0	15	10	0 ♏	22	12	42	8	4	3	30
15	0	15	56	1	9	13	32	8	56	4	15
16	0	16	41	1	58	14	32	9	47	4	55
17	0	17	28	2	47	15	28	10	38	5	43
18	0	18	15	3	37	16	24	11	30	6	37
19	0	19	0	4	27	17	22	12	22	7	15
20	0	19	49	5	18	18	20	13	16	8	0
21	0	20	37	6	10	19	20	14	10	8	47
22	0	21	26	7	4	20	22	15	6	9	35
23	0	22	14	7	57	21	23	16	0	10	23
24	0	23	5	8	50	22	26	16	57	11	11
25	0	23	54	9	44	23	27	17	54	12	0
26	0	24	45	10	39	24	32	18	50	12	46
27	0	25	35	11	34	25	37	19	49	13	39
28	0	26	37	12	30	26	43	20	48	14	30
29	0	27	18	13	32	27	56	21	52	15	25
30	0	28	10	14	25	28	58	22	47	16	13

TABVLA SEX DOMORUM ſubterranearum, Aſcendente Cancro.

Aſcendẽs.	II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♋	♋		♌		♍		♍		♎	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	29	11	15	23	0	8	23	48	17	5
2	0	29	56	16	22	1	18	24	50	17	50
3	0	0 ♌	49	17	22	2	32	25	53	18	44
4	0	1	44	18	5	3	40	26	55	19	45
5	0	2	38	19	24	4	52	27	59	20	39
6	0	3	32	20	25	6	3	29	2 ♎	21	33
7	0	4	27	21	26	7	17	0	7	22	29
8	0	5	22	22	30	8	32	1	10	23	25
9	0	6	19	23	34	9	48	2	22	24	18
10	0	7	14	24	37	11	5	3	26	25	17
11	0	8	13	25	43	12	20	4	32	26	14
12	0	9	10	26	49	13	40	5	40	27	12
13	0	10	8	27	55	15	0	6	48	28	10
14	0	11	6	29	2	16	20	7	56	29	8
15	0	12	5	0 ♍	9	17	40	9	5	0 ♏	7
16	0	13	3	1	17	19	1	10	19	1	6
17	0	14	2	2	26	20	22	11	23	2	5
18	0	15	2	3	35	21	45	12	33	3	5
19	0	16	2	4	44	23	8	13	43	4	5
20	0	17	2	5	51	24	31	14	55	5	6
21	0	18	2	7	2	25	56	16	6	6	6
22	0	19	3	8	12	27	21	17	18	7	8
23	0	20	4	9	25	28	45	18	29	8	8
24	0	21	5	10	36	0 ♎	10	19	40	9	9
25	0	22	6	11	48	1	35	20	52	10	10
26	0	23	8	13	0	3	2	22	5	11	13
27	0	24	11	14	15	4	28	23	19	12	16
28	0	25	14	15	28	5	54	24	30	13	17
29	0	26	18	16	42	7	20	25	40	14	20
30	0	27	20	17	55	9	49	26	54	15	23

TABVLA SEX DOMORum ſubterranearum, Aſcendente Leone.

Aſcendẽs.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♌		♌		♍		♎		♎		♏	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	28	23	19	9	10	15	28	7	16	25
2	0	29	27	20	24	11	43	29	20	17	29
3	0	0 ♍	30	21	38	13	10	0 ♏	34	18	32
4	0	1	42	23	2	14	47	1	56	19	44
5	0	2	38	24	7	16	5	2	59	20	39
6	0	3	42	25	21	17	32	4	13	21	44
7	0	4	46	26	38	18	59	5	25	22	47
8	0	5	50	27	54	20	27	6	39	23	52
9	0	6	7	29	9	21	54	7	50	24	57
10	0	8	0	0 ♎	24	23	21	9	4	26	2
11	0	9	5	1	44	24	47	10	18	27	7
12	0	10	10	2	59	26	16	11	31	28	12
13	0	11	15	4	15	27	40	12	40	29	18
14	0	12	20	5	30	29	6	13	58	0 ♐	23
15	0	13	26	6	48	0 ♏	34	15	12	1	29
16	0	14	30	8	4	1	59	16	24	2	34
17	0	15	36	9	18	3	25	17	36	3	39
18	0	16	42	10	35	4	50	18	48	4	46
19	0	17	47	11	50	6	14	20	0	5	52
20	0	18	53	13	7	7	39	21	13	6	59
21	0	19	59	14	24	9	4	22	27	8	7
22	0	21	5	15	40	10	28	23	40	9	15
23	0	22	9	16	57	11	53	24	54	10	23
24	0	23	18	18	14	13	17	26	7	11	31
25	0	24	23	19	29	14	40	27	19	12	40
26	0	25	30	20	45	16	3	28	32	13	48
27	0	26	35	22	2	17	25	29	44	14	56
28	0	27	40	23	17	18	46	0 ♐	56	16	4
29	0	28	46	24	32	20	7	2	7	17	14
30	0	29	52	25	44	21	29	3	20	18	23

TABVLA SEX DOMORum ſubterranearum, Aſcendente Virgine.

Aſcēdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♍		♎		♎		♏		♐		♐	
gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.
1	0	0	58	26	59	22	49	4	32	19	4
2	0	2	4	28	14	24	10	5	40	20	45
3	0	3	12	29	29	25	3	6	56	21	56
4	0	4	16	0 ♏	44	26	50	8	9	23	8
5	0	5	22	1	58	28	10	9	21	24	20
6	0	6	28	3	13	29	30	10	34	25	34
7	0	7	34	4	27	0 ♐	49	11	47	26	46
8	0	8	39	5	40	2	7	12	59	28	0
9	0	9	44	6	54	3	25	14	12	29	15
10	0	10	49	8	7	4	43	15	24	0 ♑	29
11	0	11	55	9	20	6	0	16	36	1	46
12	0	13	0	10	34	7	28	17	58	3	12
13	0	14	6	11	48	8	36	19	2	4	20
14	0	15	10	13	0	9	53	20	15	5	38
15	0	16	16	14	14	11	9	21	28	6	57
16	0	17	20	15	27	12	26	22	42	8	17
17	0	18	27	16	39	13	43	23	59	9	38
18	0	19	30	17	51	14	58	25	9	11	0
19	0	20	36	19	4	16	15	26	24	12	23
20	0	21	39	20	15	17	28	27	37	13	40
21	0	22	46	21	27	18	45	28	52	15	12
22	0	23	50	22	47	20	6	29	12	16	38
23	0	24	55	23	51	21	16	1 ♑	21	18	4
24	0	25	59	25	4	22	31	2	37	19	33
25	0	27	3	26	15	23	46	3	47	21	1
26	0	28	8	27	27	25	0	5	9	22	32
27	0	29	13	28	39	26	17	6	26	24	4
28	0	0 ♏	17	29	50	27	31	7	42	25	38
29	0	1	22	1 ♐	3	28	46	9	0	27	14
30	0	2	25	2	13	0 ♑	0	10	14	28	49

TABVLA SEX DOMORUM ſubterranearum, Aſcendente Libra.

Aſcẽdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♎		♏		♓		♑		♑		♒	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	3	29	3	24	1	32	11	55	0	50
2	0	4	34	4	36	2	28	12	55	2	6
3	0	5	30	5	46	3	43	14	14	3	47
4	0	6	43	6	57	4	59	15	33	5	32
5	0	7	47	8	10	6	14	16	54	7	17
6	0	8	50	9	22	7	28	18	14	9	3
7	0	9	55	10	34	8	44	19	35	10	52
8	0	10	58	11	46	9	59	20	56	12	40
9	0	12	3	12	57	11	15	22	27	14	32
10	0	13	7	14	10	12	30	23	43	16	28
11	0	14	10	15	22	13	45	25	6	18	24
12	0	15	15	16	33	15	2	26	30	20	36
13	0	16	19	17	47	16	17	27	57	22	22
14	0	17	23	19	0	17	34	29	23	24	22
15	0	18	27	20	14	18	50	♒ 0	50	26	36
16	0	19	32	21	27	20	7	2	18	28	32
17	0	20	37	22	39	21	25	3	46	♈ 0	39
18	0	21	42	23	59	22	42	5	16	2	48
19	0	22	46	25	8	23	59	6	46	4	58
20	0	23	52	26	22	25	19	8	18	7	9
21	0	24	56	27	36	26	35	9	48	9	22
22	0	26	2	28	50	27	53	11	21	11	38
23	0	27	6	♑ 0	6	29	11	12	54	13	55
24	0	28	12	1	21	♒ 0	30	14	28	16	12
25	0	29	18	2	28	1	50	15	59	18	32
26	0	♓ 0	23	3	47	3	9	17	39	20	50
27	0	1	29	5	9	4	29	19	16	23	12
28	0	2	35	6	29	5	49	20	54	25	34
29	0	3	40	7	46	7	9	22	32	27	55
30	0	4	47	9	5	8	31	24	12	♈ 0	0

TABVLA SEX DOMOrum ſubterranearum, Aſcendente Scorpione.

Aſcẽdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♏		♐		♑		♒		♒		♈	
gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.
1	0	5	54	10	23	9	53	25	51	2	37
2	0	7	0	11	43	11	14	27	32	4	58
3	0	8	7	13	2	12	35	29	♓ 12	7	19
4	0	9	14	14	21	13	57	0	53	9	38
5	0	10	20	15	42	15	20	2	38	12	0
6	0	11	29	17	3	16	43	4	21	14	18
7	0	12	38	18	25	18	7	6	7	16	36
8	0	13	47	19	47	19	32	7	52	18	55
9	0	14	56	21	10	20	56	9	38	21	11
10	0	16	5	22	34	22	20	11	25	23	26
11	0	17	15	23	58	23	46	13	11	25	37
12	0	18	25	25	24	25	10	14	58	27	47
13	0	19	35	26	48	26	35	16	46	29	♉ 56
14	0	20	46	28	15	28	0	18	32	2	3
15	0	21	57	29	♒ 41	29	♓ 26	20	20	4	9
16	0	23	8	1	9	0	54	22	9	6	13
17	0	24	19	2	37	2	20	23	57	8	13
18	0	25	34	4	5	3	46	25	46	10	13
19	0	26	46	5	36	5	13	27	33	12	10
20	0	28	0	7	7	6	39	29	♈ 23	14	7
21	0	29	♑ 15	8	32	8	6	1	12	16	3
22	0	0	29	10	88	9	33	2	58	17	52
23	0	1	45	11	40	11	0	4	47	19	44
24	0	3	0	13	12	12	28	6	34	21	28
25	0	4	17	14	46	13	55	8	20	23	14
26	0	5	34	16	19	15	20	10	7	24	57
27	0	6	52	17	54	16	50	11	53	26	41
28	0	8	10	19	28	18	16	13	37	28	53
29	0	9	30	21	4	19	44	15	23	29	56
30	0	10	50	22	40	21	11	17	7	1	♊ 33

TABVLA SEX DOMOrum ſubterranearnm, Aſcendente Sagittario.

Aſcẽdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♓		♑		♒		♈		♉		♊	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	12	11	24	16	22	38	18	46	3	7
2	0	13	33	25	52	24	5	20	32	4	40
3	0	14	55	27	29	25	32	22	14	6	11
4	0	16	19	29	7	26	59	23	56	7	41
5	0	17	43	♈ 0	46	28	25	25	36	9	8
6	0	19	7	2	24	29	50	27	12	10	33
7	0	20	32	4	1	♉ 1	15	28	51	11	58
8	0	21	57	5	38	2	39	0	27	13	20
9	0	23	24	7	18	4	4	2	4	14	41
10	0	24	52	8	56	5	28	3	38	16	1
11	0	26	21	10	34	6	52	5	12	17	20
12	0	27	50	12	13	8	15	6	43	18	38
13	0	29	20	13	46	9	37	8	14	19	55
14	0	♒ 0	50	15	29	10	59	9	43	21	10
15	0	2	22	17	6	12	20	11	12	22	23
16	0	3	55	18	43	13	40	12	39	23	35
17	0	5	29	21	20	14	59	14	5	24	44
18	0	7	3	21	56	16	19	15	30	25	55
19	0	8	38	23	32	17	37	16	53	27	3
20	0	10	13	25	8	18	55	18	15	28	11
21	0	11	49	26	43	20	12	19	36	29	17
22	0	13	21	28	16	21	28	20	55	♋ 0	23
23	0	15	1	29	♉ 49	22	43	22	13	1	3
24	0	16	40	1	21	23	56	23	30	2	25
25	0	18	18	2	52	25	8	24	47	3	30
26	0	19	56	4	22	26	20	26	1	4	32
27	0	21	36	5	47	27	31	27	14	5	32
28	0	23	13	7	20	28	40	28	26	6	30
29	0	24	52	8	48	29	♊ 53	29	37	7	29
30	0	26	32	10	14	1	2	0	47	8	27

TABVLA SEX DOMOrum ſubterranearum, Aſcendente Capricorno.

Aſcendẽs.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♑		♒		♈		♉		♊		♋	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	28	12	11	39	2	9	1	56	9	23
2	0	29	50	13	4	3	16	3	3	10	18
3	0	1	19	14	27	4	23	4	9	11	13
4	0	3	11	15	49	5	27	5	14	12	7
5	0	4	49	17	10	6	32	6	18	12	59
6	0	6	26	18	28	7	34	7	20	13	50
7	0	8	5	19	47	8	36	8	22	14	42
8	0	9	42	21	4	9	37	9	26	15	32
9	0	11	21	22	20	10	38	10	26	16	21
10	0	13	0	23	36	11	38	11	22	17	10
11	0	14	36	24	49	12	37	12	19	17	58
12	0	16	12	26	1	13	35	13	15	18	44
13	0	17	46	27	11	14	32	14	10	19	31
14	0	19	22	28	21	15	28	15	5	20	17
15	0	20	55	29	30	16	23	15	58	21	3
16	0	22	28	0	38	17	18	16	51	21	47
17	0	24	1	1	45	18	12	17	44	22	31
18	0	25	32	2	50	19	4	18	34	23	15
19	0	27	1	3	53	19	55	19	25	23	57
20	0	28	28	4	56	20	46	20	14	24	38
21	0	29	54	5	56	21	35	21	2	25	18
22	0	1	20	6	56	22	25	21	49	25	58
23	0	2	44	7	55	23	13	22	36	26	38
24	0	4	10	8	55	24	2	23	23	27	18
25	0	5	33	9	53	24	49	24	8	27	57
26	0	6	56	10	49	25	36	24	53	28	35
27	0	8	17	11	45	26	21	25	37	29	13
28	0	9	34	12	39	27	6	26	20	29	49
29	0	10	53	13	33	27	50	27	4	0	27
30	0	12	10	14	25	28	34	27	45	1	3

TABVLA SEX DOMOrum ſubterranearum, Aſcendente Aquario.

Aſcẽdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♒		♈		♉		♉		♊		♌	
gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.
1	0	13	25	15	17	29	17	28	27	1	38
2	0	14	41	16	8	0	0	29	7	2	13
3	0	15	51	16	57	0	40	29	46	2	49
4	0	17	3	17	45	1	22	0	26	3	21
5	0	18	13	18	31	2	2	1	5	3	55
6	0	19	21	19	19	2	40	1	42	4	27
7	0	20	29	20	5	3	20	2	19	4	59
8	0	21	34	20	49	3	58	2	56	5	29
9	0	22	40	21	35	4	34	3	33	6	4
10	0	23	45	22	20	5	15	4	9	6	35
11	0	24	47	23	3	5	52	4	44	7	6
12	0	25	49	23	47	6	29	5	19	7	33
13	0	26	49	24	28	7	6	5	54	7	59
14	0	27	50	25	12	7	40	6	29	8	35
15	0	29	22	26	15	8	18	7	25	9	24
16	0	29	49	26	33	8	53	7	36	9	38
17	0	0	46	27	13	9	27	8	9	10	6
18	0	1	41	27	51	10	0	8	41	10	35
19	0	2	37	28	30	10	35	9	14	11	3
20	0	3	30	29	7	11	7	9	45	11	30
21	0	4	24	29	45	11	40	10	16	12	58
22	0	5	15	0	21	12	12	10	47	12	25
23	0	6	7	0	58	12	45	11	17	12	52
24	0	6	56	1	34	13	17	11	47	13	19
25	0	7	46	2	9	13	48	12	9	13	46
26	0	8	34	2	44	14	18	12	47	14	12
27	0	9	23	3	18	14	49	13	17	14	39
28	0	10	11	3	53	15	19	13	46	15	3
29	0	10	58	4	17	15	50	14	15	15	29
30	0	11	46	5	1	16	21	14	44	15	55

TABVLA SEX DOMORum ſubterranearum, Aſcendentibus Piſcibus.

Aſcēdens.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
♓		♉		♊		♊		♋		♌	
gra.	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*	*gra.*	*mi.*
1	0	12	31	5	35	16	50	15	12	16	20
2	0	13	17.	6	7	17	20	15	40	16	45
3	0	14	1	6	38	17	49	16	8	17	9
4	0	14	47	7	11	18	18	16	36	17	34
5	0	15	30	7	43	18	47	17	3	17	58
6	0	16	13	8	14	19	16	17	30	18	23
7	0	16	56	8	46	19	44	17	58	18	47
8	0	17	36	9	16	20	12	18	26	19	11
9	0	18	17	9	47	20	40	18	52	19	35
10	0	18	57	10	17	21	8	19	27	19	59
11	0	19	37	10	47	21	36	19	45	20	23
12	0	20	17	11	17	22	4	20	12	20	46
13	0	20	56	11	45	22	30	20	35	21	9
14	0	21	35	12	15	22	58	21	4	21	32
15	0	22	13	12	43	23	25	21	29	21	55
16	0	22	50	13	12	23	52	21	55	22	18
17	0	23	28	13	40	24	17	22	20	22	40
18	0	24	5	14	9	24	40	22	46	23	3
19	0	24	42	14	37	25	6	23	12	23	26
20	0	25	19	15	6	25	35	23	38	23	49
21	0	25	56	15	34	26	5	24	3	24	16
22	0	26	34	16	2	26	31	24	28	24	35
23	0	27	9	16	30	26	58	24	53	24	58
24	0	27	45	16	58	27	25	25	18	25	20
25	0	28	19	17	25	27	50	25	41	25	43
26	0	28	55	17	53	28	17	26	8	26	6
27	0	29	29	18	20	28	43	26	32	26	28
28	0	0 ♊	4	18	48	29	9	26	57	26	50
29	0	0	36	19	15	29	35	27	22	27	13
30	0	1	10	19	42	0 ♋	0	27	47	27	35

PRIMAE PARTIS FINIS.

SECVNDA PARS,

DE HORIS INÆQVALIBVS, tam diei, quàm noctis artificialis.

De ipſarum inæqualium horarum origine, atque numero.

1 ABSOLVTIS QVA POTVIMVS FIdelitate, quæ de duodecim cæli domibus, ad diurnum motum Vniuerſi relatis, in gratiam ſtudioſorum Aſtronomię, & citra affectum, uel inuidiã nobis declaranda uidebantur: reliquum eſt, ut de duodecim inæqualibus horis tã diei, quàm noctis artificialis pẽdenter diſſeramus, quas ſexto capite, libri quarti noſtrę Coſmographiæ, ſeu mũdanæ ſphæræ, cõpendioſè perſtrinximus.

Vtraque igitur tam diei naturalis, quàm artificialis diei, atque noctis quantitas, congrua diuiſione uiſa eſt indigere, ad partiliter quidem, aptéque diſcernenda ipſius temporis interualla: ídque per relatiuas Aequatoris partes, ad motum Vniuerſi (quem diurnum appellant) abſque intermiſsione reuolutas, qui ſolus inter circulos ſphærales, temporis uidetur eſſe menſura. Quemadmodũ igitur duo ſunt motus in cælo principales, tum poſitione, tum uelocitate inuicem differentes, & ad duos primarios ipſius mundanæ ſphæræ circulos relati: diurnus inquam, quo totum cælum ab ortu, per medium cæli, ad occaſum, ſuper Mũdi polis indefeſſa latione reuoluitur, & penes Aequatorem conſideratur: atque proprius cuiuſlibet orbis particularis motus, qui ab occaſu uerſus ortum, in diuerſis temporum interuallis, contranitẽdo uidetur abſolui, & in Zodiaco, ſeu uia ſolari (ſub qua mouẽtur ipſi planetæ) dinumeratur. Haud diſsimiliter, duæ ſunt horarum differentiæ: aliæ quidem ad Aequatorem, aliæ uerò ad Zodiacum circulũ relatæ. In quocunque autem horum duorum circulorũ coaſſumantur eædem horæ, ſemper erunt numero 24. Retentanãque primaria utriuſque circuli diuiſione, quæ fit in 12 ſigna, unumquodque ſignum bifariam rurſum diuiditur: unde ſub-

oriuntur 24 dimidia ſigna, 15 gradus, qualium totus circulus eſt 360, complectẽtia. Eſt igitur hora temporis interuallum, quo 15 Aequatoris, aut Zodiaci gradus, ſuper datum horizõtem eleuantur. Atqui circulus Aequator, ubique terrarum uniformiter reuoluitur: & proinde illius partes inuicem æquales, in temporibus æqualibus de neceſsitate peroriuntur. Zodiacus uerò circulus, cùm ſit obliquè locatus reſpectu polorum ipſius Aequatoris, irregulares & inæquales cogitur efficere reuolutiones: unde illius partes inuicem æquales, pro locorum diuerſitate inæquales conſequuntur aſcenſiones. Horarum itaque dimenſiones, quæ in ipſo deſumuntur Aequatore, æquales erunt adinuicem: quæ autem ad ipſum referuntur Zodiacum, (cum is non ſit temporis menſura) inæquales eſſe uidentur, tantóque magis inuicem differentes, quanto ſphæra Mundi magis obliquam fuerit adepta poſitionem.

Quælibet igitur interualla temporis, quibus ſingulæ 24 partes, aut ſinguli 15 gradus Aequatoris, ad diurnum motum Vniuerſi, ſuper datum quemuis aſcendunt horizontem: æquales, ſiue naturales, aut æquinoctiales horæ nuncupantur. Quemadmodum capite quinto, præallegati libri quarti noſtræ Coſmographiæ, ſeu mundanæ ſphæræ, ſatis amplè declarauimus. Singula porrò temporis interualla, quibus ſinguli 15 gradus Zodiaci, hoc eſt, uigeſimæ quartæ illius partes, à loco Solis aut eius oppoſito facta ſupputatione, ad eundem primum ſiue diurnum motum Vniuerſi, ſuper datum coaſcendunt horizontem, inæquales horæ de neceſsitate uocantur.

Vnde pendeat ipſarum inæqualium horarum diuerſitas.

2 HAEC AVTEM IN ZODIACO DESVMpta temporis interualla, non ex ipſo pendebũt Zodiaco, cùm is (ut ſupradictum eſt) non ſit temporis menſura: ſed per coaſcendentes Aequatoris arcus de neceſsitate metientur. Solus enim Aequator metitur primum motum, & ipſe primus motus, eſt menſura temporis: proinde fit, ut quoties fuerit quæſtio de tẽpore, ſeu temporis partibus, ad ipſum confugiamus Aequatorem. Præoſtenſum eſt autem tertio & quarto capite,

libri tertij præfatæ Cosmographiæ nostrę, seu mundanæ sphæræ, signorum Zodiaci quædam rectè, hoc est, cum maiori arcu Aequatoris: quædam uerò obliquè, utpote, cum minori eiusdem Aequatoris arcu, super datum horizontem eleuari: & hæc quidem tanto magis obliquè, illa uerò tãto rectius ascendere, quanto alter Mundi polorum, super ipsum horizontem magis fuerit exaltatus. Idem quoque habendum est iudiciũ, de prædictorum signorum Zodiaci partibus, siue à loco Solis, aut eius opposito, uel aliunde numerentur. Singuli propterea 15 gradus Zodiaci, ab ipso loco Solis, atque illius opposito ordinatim sumpti, inæquales sortiuntur ascensiones: hoc est, cum inęqualibus peroriũtur Aequatoris arcubus, & proinde sub inæqualibus ipsius temporis mensuris. Vnde prædictarum horarum ad Zodiacum circulum relatarum tempora, siue diei, siue noctis fuerint artificialis, de necessitate sunt inęqualia. Hac itaque sola ratione, eędem horæ in Zodiaco circulo desumptæ, inæquales à primis denominatæ fuerunt Astronomis.

Quòd perpetuò sunt XII inæquales horæ tam diei, quàm noctis artificialis: & quando illarum maior, aut minor contingat inæqualitas.

3 QVANQVAM AVTEM AEQVALES, atque inæquales horæ, in tota diei naturalis reuolutione, numero sint 24: & tam dies quàm nox artificialis, propter illorũ crementa atque decrementa, nunc plures, nunc uerò pauciores ex ipsis æqualibus horis comprehẽdant: utrique tamen & diei, & nocti artificiali, 12 inæquales horæ perpetuò deputantur. Quoniam sex Zodiaci signa, à loco Solis numerata, diurno semper eleuantur tempore: reliqua uerò sex nocturno. Maiores nanque circuli, cuiusmodi sunt Zodiacus & horizon, perpetuò sese inuicem bifariam secant. Sex porrò signa, tam diurno quàm nocturno sursum ascendentia tempore, duodecies 15 gradus comprehendũt: & proinde duodena prædictarum inæqualium horarum interstitia. Fit igitur, ut tam dies, quàm ipsa nox artificialis, 12 inæquales horas omni tempore

pręcisè

præciſè comprehẽdat: & quę ſunt diei artificialis, ab ortu Solis: quę uerò ſunt noctis, ab ipſius Solis occaſu numerentur.

Eiuſcemodi porrò inęquales tam diei quàm noctis artificialis horę, tanto minus ſunt inęquales adinuicem, quanto maior ipſius diei atque noctis artificialis contingit inæqualitas: ad maximam autem deueniunt inęqualitatem, quoties dies artificialis ipſi nocti coęquatur. Demonſtrauimus enim capite quarto libri tertij noſtrę Coſmographię, ſeu mundanæ ſphæræ, ſex Zodiaci ſigna, ab initio Cãcri, uſque ad finem Sagittarij comprehenſa, rectius aſcendere in obliqua ſphæra, quàm in recta: reliqua uerò ſex, ab exordio uidelicet Capricorni, uſque ad finem Geminorum, tanto obliquius. Quanto plura igitur ſigna rectè aſcendentia diurno peroriuntur tempore, tanto plura ex iis quæ aſcendunt obliquè nocturno tempore pẽdenter eleuantur (cùm uterque & diurnus, & nocturnus arcus, ſenarium ſibi uendicet eorundem ſignorum numerũ): Et tanto propterea diurnus arcus nocturno maior eſſe uidetur, atque è diuerſo. Minor eſt itaque diuerſitas aſcenſionum ſingulorum 15 graduum Zodiaci, diurno uel nocturno tempore eleuatorum, quando plura ſigna ſimul rectè, aut ſimul obliquè coaſcendunt: quàm dum tria rectè, & totidem obliquè. Et proinde fit, ut ſub alterutro æquinoctiorum conſtituto Sole, ubi dies nocti contingit æqualis, maxima prędictarũ inæqualium horarum contingat diuerſitas: ſub æſtiuo autem uel brumali ſolſtitio minima, tãetſi dies artificiales ab ipſa nocte maximè diſcrepet. Id autẽ uelim intelligas, de diurnis, aut nocturnis horis inuicem, atque ſeorſum comparatis.

Cur inæquales horæ temporales, & artificiales, atque planetariæ uocitentur.

BONA PARS CONSEQVENTER Aſtronomorum præfatas horas inæquales, artificiales, & temporales, atque planetarias appellat. Primum autem cõtraxerunt ab artificioſa ſex ſignorum aſcenſione, diurno atque nocturno tempore, pro artificioſa ſphæræ poſitione, ſuper horizontem eleuatorum: ex qua tam dierum, quàm noctium arti-

ficialium, & proinde ipſarum inæqualium horarum diuerſitas pendere uidetur. Et quoniam priſci temporum obſeruatores, eiſdem inæqualibus horis utebantur, & ad illarum rationem ſua conficiebãt horologia, utpote, quæ ſingula diſtinguãt tempora, quibus planetæ ſua perhibentur exercere dominia: Idcirco eiuſcemodi inæquales horas temporales ſimul appellarunt, quibus ſacra ſcriptura paſsim, & non ſine myſterio referta eſt. Quòd demum planetariæ uocitentur eędem inæquales horę, hoc ex ueterum inſtitutione, ac primorũ Aſtrologorum doctrina (quales fuere Babylonij, & Aegyptij) contraxiſſe uidentur. Hi nanque eiuſcemodi inæqualiũ horarum diſtributiones, ad ſupradictas Zodiaci partes (qui planetarum eſt uia) referendas in primis eſſe docuerunt: illáſque ſeptem planetarum adſcripſere dominio, utpote, qui in longum ipſius Zodiaci, propria latione circunferantur: & à planeta, prima diei artificialis hora inæquali prædominante, dies ipſos naturales hebdomadæ iure denominarunt.

De planetarum dominio, per inæquales horas diſtributo, à quo VII dies hebdomadæ fuere denominati.

5 CVM IGITVR SATVRNVS PLANETARum ſupremus (ut citatum nuper dominium planetarum ſigillatim exprimamus) inter cæteras illius proprietates, ſabbathum ſignificet, atq; Iudaicam fidem omnium antiquiſsimã: primam ob id horam inæqualem diei artificialis ipſius ſabbathi eidem Saturno cõtribuerunt, ſecundam Ioui, tertiam Marti, quartam Soli, quintã Veneri, ſextam Mercurio, ſeptimam Lunæ, octauam rurſum ipſi Saturno: & deinceps in hunc modum circulato, ſæpiúſue iterato eorundem planetarum ordine. Quibus obſeruatis, prima hora inæquali diei artificialis ſabbathum immediatè ſequẽtis (quam uocant primam feriã) Sol dominium obtinere comprobatur: prima deinde hora inæquali ſecundæ feriæ Luna, tertiæ Mars, quartæ Mercurius, quintæ Iupiter, ſextæ denique feriæ Venus: & rurſum prima hora inęquali ſuccedẽtis ſabbathi Saturnus, &c. A quibus planetis diem Solis (quem nos Dominicum iure nuncupamus)

deinde

deinde Lunę, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, atque Sabbathi denominarunt: quę dierum nomenclaturæ, noſtris adhuc obſeruantur temporibus. Hęc autem omnia, in ſubiectam redegimus tabellam: in cuius parte læua ſumendus eſt dies artificialis oblatus, in uertice porrò tabellæ hora illius inæqualis diurna: uel nox ipſa in dextro tabellæ latere, & ipſa inæqualis hora nocturna ad ipſum tabulæ uerticē: quoniā in angulo cōmuni, illius planetæ character offendetur, qui propoſita hora inæquali diurna, uel nocturna dominatur.

Dies artificialis.	Horæ inæquales diurnæ, & nocturnæ.												Nox artificialis.
	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	
Dominicus.	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	Mercury.
Lunæ.	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	Iouis.
Martis.	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	Veneris.
Mercurij.	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	Sabbathi.
Iouis.	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	Dominicæ.
Veneris.	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	Lunæ.
Sabbathi.	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾	♄	♃	♂	☉	♀	Martis.

Qualiter inæqualium horarum tempora, ſiue quantitates ſupputari debeant.

6 IPSARVM PORRO INAEQVALIVM horarū tempora, ſiue quantitates, in recto ſphæræ ſitu per tabulam aſcenſionum rectarum: in obliqua autem ſphæra per obliquarum aſcenſionum tabulam, ad datam poli borealis altitudinem ſupputatam, in hunc poteris colligere modū. Tolle aſcenſionem loci Solis, ab aſcenſione 15 primorum graduū immediatè ſequentium: & arcum Aequatoris cū ipſis 15 gradibus primæ & inæqualis horæ diurnæ aſcendētē obtinebis. Horum deinde 15 primorum graduum aſcenſionem, ab aſcenſione 15 ſuccedentium graduum auferto: quoniam eiuſdem Aequatoris arcus, qui ſecundæ & inæquali horæ reſpōdet, notus erit. Haud aliter de cæteris horarum arcubus faciendum eſſe uelim intelligas: ſubtractis enim ordine ſingulorū 15 graduum aſcenſionibus, ab illis quæ immediatè ſuccedētibus 15 gradibus reſpondent, eoſdem arcus horarios uel facilè colli-

ges. Hos autem arcus horarios ipsius Aequatoris, seu particulares singularum inæqualium horarum dimẽsiones, in partes temporis reuocare uel facilè licebit: dando uidelicet quibuslibet 15 gradibus, unã horam æqualem: cuilibet autem gradui, 4 horæ prima minuta: & cuilibet minuto gradus, 4 horæ secunda. Hoc enim modo, cuiuslibet inæqualis horæ tam diurnæ quàm nocturnæ, temporaneam poteris habere durationẽ.

De supputanda inæqualium horarum tabula.

7 HINC TABVLAM INAEQVALIVM HOrarum, Sole ab initio Capricorni, per Arietem ad finem usq; Geminorum ascendente, condere non erit difficile: quæ cæteris Zodiaci signis, à Cancri uertice, usque ad finem Sagittarij (quæ descendentia signa uocantur) conuerso adaptabitur ordine. In singulis nanque Zodiaci punctis, in quibus æquales contingunt ascensionales differentię, & æquales diurnorum atque nocturnorum signorum ascensiones: eadem contingunt dierum & noctium artificialium, atque horarum inæqualium (in eadem uelim intelligas Orbis parte) discrimina. Et proinde nulla erit inęqualis horæ magnitudo, quę pluries in ipsa tabula non repetatur: siue diurno, siue nocturno tempori fuerit accommodata. Vt ex ea quæ sequitur tabula, periculum facere uel facilè potes: quam ad poli arctici sublimitatem 48 graduum, & 40 minutorum (qualis super Lutetianũ, seu Parisiensem accidit horizontẽ) in exemplum tibi supputauimus. In cuius parte lęua, sex ascendentia signa, in dextro autem latere, totidem descendentia reposuimus: sed pro trium tantummodo graduum interuallis distributa, ob uicinas admodum ipsarum inæqualium horarum quantitates. Ad ipsius porrò tabulę uerticem, 12 horas diurnas, & in calce nocturnas, dum Sol ascendentia graditur signa, pendenter annotauimus. Quę quidem uerticales uel superiores horę, nocturnas horas repræsentabunt: inferiores uerò diurnas, quandiu Sol descẽdentia signa discurret. Tales enim, ac tantæ sunt dierum artificialium quantitates, ab initio Capricorni usque ad finem Geminorum: quales ac quantæ sunt noctes, à capite

Cancri

Cancri, uſque ad finem Sagittarij: & ab aſcenſionibus eorundem arcuum Zodiaci dinumeratæ. Hinc fit, ut horæ diurnæ inęquales, in una ſupradictarum medietatum Zodiaci, ſimiles ſint & æquales nocturnis in altera: & è conuerſo. Intrabis ergo tabulam ipſam lateraliter, cum oblati ſigni gradu, pro dato loco Solis, & hora ſurſum uel deorſum accepta, pro dato ipſius diei uel noctis artificialis tempore: quoniam in angulo communi, ipſius horæ inæqualis quantitatem ſolito more deprehendes. Quòd ſi gradum Solis, propter ipſorum graduum ſaltum, præciſum non inueneris: accipies gradum illi propinquiorẽ, in ipſa tabula reperibilem, abſoluéſq; reliqua, ueluti ſupradictum eſt: nulla enim ſenſibilis iactura ſubſequetur, ob proximarum horarũ uicinam admodum quãtitatem.

SEQVITVR PRAEFATA INAEQVALIVM horarum tabula, ad ipſam eleuationem poli 48 graduum, & 40 minutorum, ſeu Pariſienſem latitudinem ſupputata.

TABVLA HORARVM INAEQVALIVM,

gra.	ascẽdẽtia.	Horæ diurnæ, pro ſignis aſcendentibus: I. gra.	I. mi.	II. gra.	II. mi.	III. gra.	III. mi.	IIII. gra.	IIII. mi.	V. gra.	V. mi.	VI. gra.	VI. mi.
30		17	36	19	30	20	30	20	47	20	41	20	35
27		17	5	19	10	20	22	20	45	20	43	20	35
24		16	35	18	49	20	13	20	43	20	45	20	37
21		16	5	18	26	20	1	20	39	20	45	20	39
18		15	32	18	1	19	47	20	34	20	47	20	40
15		14	59	17	35	19	30	20	30	20	47	20	41
12		14	27	17	6	19	10	20	22	20	45	20	43
9		13	56	16	35	18	49	20	13	20	43	20	45
6		13	21	16	5	18	26	20	1	20	39	20	45
3		12	50	15	32	18	1	19	47	20	34	20	47
0	♊	12	18	14	59	17	35	19	30	20	30	20	47
27		11	49	14	27	17	6	19	10	20	22	20	45
24		11	19	13	56	16	35	18	49	20	13	20	43
21		10	55	13	21	16	5	18	26	20	1	20	39
18		10	28	12	50	15	32	18	1	19	47	20	34
15		10	4	12	18	14	59	17	35	19	30	20	30
12		9	42	11	49	14	27	17	6	19	10	20	22
9		9	23	11	19	13	56	16	35	18	49	20	13
6		9	2	10	55	13	21	16	5	18	26	20	1
3		8	45	10	28	12	50	15	32	18	1	19	47
0	♉	8	29	10	4	12	18	14	59	17	35	19	30
27		8	15	9	42	11	49	14	27	17	6	19	10
24		8	1	9	23	11	19	13	56	16	35	18	49
21		7	49	9	2	10	55	13	21	16	5	18	26
18		7	39	8	45	10	28	12	50	15	32	18	1
15		7	29	8	29	10	4	12	18	14	59	17	35
12		7	22	8	15	9	42	11	49	14	27	17	6
9		7	15	8	1	9	23	11	19	13	56	16	35
6		7	11	7	49	9	2	10	55	13	21	16	5
3		7	7	7	39	8	45	10	28	12	50	15	32
0	♈	7	3	7	29	8	29	10	4	12	18	14	59
	signa	XII.		XI.		X.		IX.		VIII.		VII.	
		Horæ nocturnæ, pro ſignis aſcendentibus:											

AD XLVIII. GRAD. ET XL. MINVTA.

Et nocturnæ pro descendentibus signis.

VII.		VIII.		IX.		X.		XI.		XII.		signa de-	
gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.		gra.
20	35	20	41	20	47	20	30	19	30	17	35	♋	0
20	34	20	40	20	47	20	34	20	47	20	1		3
20	33	20	39	20	45	20	39	20	1	20	26		6
20	33	20	37	20	45	20	42	20	13	20	49		9
20	34	20	35	20	43	20	45	20	22	20	10		12
20	35	20	35	20	41	20	47	20	30	20	30		15
20	35	20	34	20	40	20	47	20	34	20	47		18
20	37	20	33	20	39	20	45	20	39	20	1		21
20	39	20	33	20	37	20	45	20	40	20	13		24
20	40	20	34	20	35	20	43	20	45	20	22		27
20	41	20	35	20	35	20	41	20	47	20	30	♌	0
20	43	20	35	20	34	20	40	20	47	20	34		3
20	45	20	37	20	33	20	39	20	45	20	39		6
20	45	20	39	20	33	20	37	20	45	20	43		9
20	47	20	40	20	34	20	35	20	43	20	45		12
20	47	20	41	20	35	20	35	20	41	20	47		15
20	45	20	43	20	35	20	34	20	40	20	47		18
20	43	20	45	20	37	20	33	20	39	20	45		21
20	39	20	45	20	39	20	33	20	37	20	45		24
20	34	20	47	20	40	20	34	20	35	20	43		27
20	30	20	47	20	41	20	35	20	35	20	41	♍	0
20	22	20	45	20	43	20	35	20	34	20	40		3
20	13	20	43	20	45	20	37	20	33	20	39		6
20	1	20	39	20	45	20	39	20	33	20	37		9
19	47	20	34	20	47	20	40	20	34	20	35		12
19	30	20	30	20	47	20	41	20	35	20	35		15
19	10	20	22	20	45	20	43	20	35	20	34		18
18	49	20	13	20	43	20	45	20	37	20	33		21
18	26	20	1	20	39	20	45	20	39	20	33		24
18	1	19	47	20	34	20	47	20	40	20	34		27
17	35	19	30	20	30	20	47	20	41	20	35		30
VI.		V.		IIII.		III.		II.		I.		scedetia	

Et diurnę, pro descendentibus signis.

TABVLA HORARVM INAEQVALIVM,

		Horæ diurnæ, pro ſignis aſcendentibus:											
	ſigna.	I.		II.		III.		IIII.		V.		VI.	
gra.	tia	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.
30		7	3	7	29	8	29	10	4	12	18	14	59
27		7	0	7	22	8	5	9	42	11	49	14	27
24		6	59	7	15	8	1	9	23	11	19	13	26
21		6	59	7	11	7	49	9	2	10	55	13	21
18		7	0	7	7	7	39	8	45	10	28	12	50
15		7	3	7	3	7	29	8	29	10	4	12	18
12		7	7	7	0	7	22	8	15	9	42	11	49
9		7	11	6	59	7	15	8	1	9	23	11	19
6		7	15	6	55	7	11	7	49	9	2	10	55
3		7	22	6	40	7	7	7	39	8	45	10	28
0	♈	7	29	7	3	7	3	7	29	8	29	10	4
27		7	39	7	7	7	0	7	22	8	15	9	42
24		7	49	7	11	6	59	7	15	8	1	9	23
21		8	1	7	15	6	59	7	11	7	49	9	2
18		8	15	7	22	7	0	7	7	7	39	8	45
15		8	29	7	29	7	3	7	3	7	29	8	29
12		8	13	7	39	7	7	7	0	7	22	8	15
9		9	2	7	49	7	11	6	59	7	15	8	1
6		9	23	8	21	7	15	6	55	7	11	7	49
3		9	42	8	15	7	22	6	40	7	7	7	39
0	♒	10	4	8	29	7	29	7	3	7	3	7	29
27		10	28	8	45	7	39	7	7	7	0	7	22
24		10	55	9	2	7	49	7	11	6	59	7	15
21		11	19	9	23	8	1	7	15	6	59	7	11
18		11	49	9	42	8	15	7	22	7	0	7	7
15		12	18	10	4	8	29	7	29	7	3	7	3
12		12	50	10	28	8	45	7	39	7	7	7	0
9		13	21	10	55	9	2	7	49	7	11	6	59
6		13	56	11	19	9	23	8	1	7	15	6	55
3		14	27	11	49	9	42	8	15	7	22	6	40
0	♑	14	59	12	18	10	4	8	29	7	29	7	3
	Aſcẽdẽ-	XII.		XI.		X.		IX.		VIII.		VII.	
		Horæ nocturnæ, pro ſignis aſcendentibus:											

AD XLVIII. GRAD. ET XL. MINVTA.

Et nocturnæ pro descendentibus signis.

VII.		VIII.		IX.		X.		XI.		XII.		Signa descendentia	
gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.	gra.	mi.		gra.
17	35	19	30	20	30	20	47	20	41	20	35	♑	0
17	6	19	10	20	22	20	45	20	43	20	35		3
16	35	18	49	20	13	20	43	20	45	20	37		6
16	5	18	26	20	1	20	39	20	45	20	39		9
15	32	18	1	19	47	20	34	20	47	20	40		12
14	59	17	35	19	30	20	30	20	47	20	41		15
14	27	17	6	19	10	20	22	20	45	20	43		18
13	56	16	35	18	49	20	13	20	43	20	45		21
13	21	16	5	18	26	20	1	20	39	20	45		24
12	50	15	32	18	1	19	47	20	34	20	47		27
12	18	14	59	17	35	19	30	20	30	20	47	♏	0
11	49	14	27	17	6	19	10	20	22	20	45		3
11	19	13	56	16	35	18	49	20	13	20	43		6
10	55	13	21	16	5	18	26	20	1	20	39		9
10	28	12	50	15	32	18	1	19	47	20	34		12
10	4	12	18	14	59	17	35	19	30	20	30		15
9	42	11	49	14	27	17	6	19	10	20	22		18
9	23	11	19	13	56	16	35	18	49	20	13		21
9	2	10	55	13	21	16	5	18	26	20	1		24
8	45	10	28	12	50	15	32	18	1	19	47		27
8	29	10	4	12	18	14	59	17	35	19	30	♐	0
8	15	9	42	11	49	14	27	17	6	19	10		3
8	1	9	23	11	19	13	56	16	35	18	49		6
7	49	9	2	10	55	13	21	16	5	18	26		9
7	39	8	45	10	28	12	50	15	32	18	1		12
7	29	8	29	10	4	12	18	14	59	17	35		15
7	22	8	15	9	42	11	49	14	27	17	6		18
7	15	8	1	9	23	11	19	13	56	16	35		21
7	11	7	49	9	2	10	55	13	21	16	5		24
7	7	7	39	8	45	10	28	12	50	15	32		27
7	3	7	29	8	29	10	4	12	18	14	59		30
VI.		V.		IIII.		III.		II.		I.		Sequentia	

Et diurnę, pro descendentibus signis.

De inæqualium horarum in fractiones ſexagenarias diſtributione.

8 QVAELIBET AVTEM INAEQVALIS HO ra,inſtar æqualium horarum, in 60 prima frangitur minuta: & quodlibet primum minutum,in 60 ſecunda: quodlibet deinde ſecundum,in 60 tertia:& in hunc modum deinceps, ſexagenaria partitione quantumlibet obſeruata. Sicuti porrò ipſæ inæquales horæ diſcrepant adinuicē: ſic & illarum ſexagenaria minuta,ſiue fragmenta, eandem conſequentur inæqualitatem. Fractiones enim quæ maioris erūt horæ inæqualis,maiores erunt iis quæ minoris: & è conuerſo. Eiuſcemodi autem fractiones temporaneæ, (quæ potiſsimum æqualium fuerint horarum) haud diſsimilem ſortiūtur additionis, ſubtractionis,multiplicationis,diuiſionis,alteriúſue ſupputationis rationem: quam de integrorum, ſiue graduum fragmentis ſexagenariis,libro tertio noſtræ conſcripſimus Arithmeticæ practicæ. Hac tamen animaduerſione utaris eſt operæpretium, ut quemadmodum gradus ex minutis reſultant, & ſigna è ſuis componuntur gradibus: ſic dies ex ſuis horis conficiantur,dein menſes ex ſuorum dierum conſtent numero: & quæ uſitatam huiuſcemodi rerum concernere uidentur harmoniam, à ſua conſtitutione non deſcedant. Cuilibet igitur gradui Aequatoris circuli (quem ſolum diximus eſſe tēpo ris menſurā) quatuor reſpondēt unius æqualis horæ minuta: & cuilibet minuto gradus,4 horę ſecunda:cuilibet inſuper ſecundo gradus,4 horæ tertia: & deinceps in hunc modū proportionaliter. Et uice uerſa,quoniam unicuique horæ æquali, 15 reſpondent Aequatoris gradus:manifeſtum eſt, cuilibet unius æqualis horæ minuto, reſpondere 15 minuta gradus: & cuilibet horæ ſecundo,15 ſecunda gradus: & ſic deinceps ſuo ordine. Hæc tamen alternata partium circuli Aequatoris atque temporis diſtributio, ſiue concordia,inter inæquales horas,& ipſius Aequatoris partes, minimè poteſt obſeruari: ob uariam, indiéſque mutatam earūdem inæqualium horarum quantitatē:tametſi quælibet inæqualis hora, in minuta ſexagenaria (uti ſuprà dictum eſt) ſubdiuidatur.

De uulgata

De uulgata horarum inæqualium, per æqualia diei atque noctis interualla, distributione.

9 BONA PARS NIHILOMINVS VVLGARIUM Astronomorum, tam diem, quàm noctem artificialem, in 12 partes inuicem æquales diuidere solet: & huiuscemodi partes, inæquales horas contra propriam illarum diffinitionẽ appellare. Et quoniam dudum receptam inæqualium horarũ nomenclaturam, negare non possunt, illarum inæqualitatem sic interpretari conantur: quòd uidelicet horæ diurnæ, nocturnis comparatæ, ut plurimum inæquales offendantur, hoc est, diurnas maiores esse nocturnis: & è cõuerso. Hãc autem inæqualitatem, sub ipsis tropicis aiunt accidere maximam: & tam diurnas, quàm nocturnas horas, ab æqualibus minimè discrepare, cùm dies ipsi nocti coæquatur. Tametsi suprà demõstrauerimus, sub utroque solstitiorũ, tam diurnas, quàm nocturnas horas, inuicem minus inæquari: sub ipsis autem æquinoctiis, maximè. Videtur autem eiuscemodi inæqualium horarum, per partes inuicẽ æquales distributio, ex superius enarrata domificandi ratione C. Ptolemæi Pelusiensis originẽ contraxisse. Is enim Ptolemæus rectum propemodum supponebat sphæræ situm, & proinde arcum semidiurnum, atque semiocturnum, in tres partes inuicem æquales diuidebat: ut domorum interstitia sub eo circulo uerticali consequeretur, qui rectos cum meridiano facit angulos, quem circulum uerticalem illi repræsentabat Aequator, sub quo dies artificialis, ipsi nocti perpetuò coæquatur. Vnde eiuscemodi pars tertia, duplum unius horæ continebat, diurnæ quidem, aut nocturnæ, & æqualis, uel inæqualis horæ uelim intelligas: cum inter illas, haud curanda in recto sphæræ situ uideatur esse differentia. Cùm non possent igitur negare duodenarium inæqualiũ horarum, tam diei, quàm noctis artificialis numerũ, arbitrati sunt quamlibet tertiã partem ipsius arcus semidiurni, uel seminocturni, duas horas inæquales continere. Quam diuidendi rationem, è recto sphæræ situ, ad omnem ipsius sphæræ positionem, atque dierum et noctium artificialum quãtitatẽ, in-

differenter, atque nimium liberè accommodarunt. Coacti ſumus itaque, hoc errore iamdudum cognito, ueram tãdem atque rationalem earundem inæqualium horarum elucidare deſcriptionem: cùm hac tamen proteſtatione, ut liberum ſit unicuique, quam magis probauerit opinionem imitari: nobis autem itidem liberum de his, atque ſimilibus rebus noſtrũ pro conceſſa dexteritate proferre iudicium.

Qualiter æquales horæ, ad inæquales reducantur: & è conuerſo.

10 RELIQVVM EST TANDEM OSTENDEre, qua ratione inæquales horæ ad æquales reuocẽtur, quibus ipſa metiri ſolemus tempora: & è diuerſo. Inuẽto igitur arcu ſemidiurno, atque ſeminocturno loci Solis, dato contingentis tempore, per quartum caput libri quarti noſtræ Coſmographiæ ſeu mundanæ ſphæræ: ſi iuuet per datum æqualium horarum numerum, à media nocte in primis ſupputatum, ad contingentis tunc inæqualis horæ diurnæ cognitionem, adminiculo antecedentis tabulæ peruenire, ſic facito. Tolle ab ipſis æqualibus horis in partes Aequatoris reſolutis, arcũ ſeminocturnum ipſius Solis: & à reſiduo, auferto ſingulos inæqualium horarũ arcus ipſius diei propoſiti, ſuo quidẽ ordine: quot enim ſubduci poterũt arcus horarij, tot erunt inæquales horæ integræ: & ſi quid inde relinquatur, à quo ſuccedens arcus horarius ſubtrahi non poſsit, id indicabit partẽ ipſius horæ ſuccedentis incompletæ. Quòd ſi hora inęqualis deſiderata fuerit nocturna, utendum erit horis æqualibus, à proximè lapſo meridie ſupputatis, (etiam ſi duodenariũ ſuperauerint numerum) & ab illis in partes Aequatoris reſolutis, auferendus erit arcus ſemidiurnus, atque à relicto arcu, tollendi ſingu li arcus horarum inæqualium, quotquot (uelim intelligas) auferri poterũt. Quoniam ſubductarum inæqualium horarum numerus, contingentem tunc inæqualem horam completam propalabit: ſi quid autem ex ipſa ſubtractione relinquatur, illud partem horæ ſequentis incompletæ, proportionaliter oſtẽdet. Haud diſsimili uia, inæqualis hora data, ad ęqualem

horam

horam reducetur. Nam data inæqualis hora ſi fuerit diurna, horæ inæquales tunc præterlapſæ, in unum graduum & minutorum Aequatoris circuli ueniunt cõponendæ numerum, cui arcus ſeminocturnus Solis uenit adiungendus, & inde reſultans arcus per 15 diuidendus: quoniã numerus quotus ex ipſa diuiſione procreatus, horas æquales à media nocte ſupputatas indicabit: id autem quod relinquetur, partem horæ incompletæ deſignabit. Porrò ſi hora inæqualis data, fuerit nocturna, ipſæ tunc inæquales horæ præterlapſæ, in partes Aequatoris per additionem arcuum illarũ reuocatæ, arcui ſemidiurno ueniũt adiungendæ, & productus inde arcus per 15 de more diuidendus:

Prodibunt enim æquales horæ ipſis inæqualibus reſpondentes, ſed à meridie ſupputandæ, unà cum ſequentis horæ incompletæ particula. Vt autem partes temporis in reſpondentes Aequatoris partes, aut è conuerſo, promptiſsimè reducantur: ſequentes libuit addere tabellas.

Tabula reductionis partiũ temporis, in partes circuli æquatoris.						Tabula reductionis partiũ circuli æquatoris, in partes ipsius temporis.					
Partes horarum.	Arcus æquatoris circuli.		Partes horarum.	Arcus æquatoris.		Arcus æquatoris circuli.	Partes temporis.		Arcus æquatoris.		Partes tẽporis.
min.	gra.	min.	min.	gra.	mi.	gra.	ho.	mi.	gra.	ho.	min.
1	0	15	31	7	45	1	0	4	31	2	4
2	0	30	32	8	0	2	0	8	32	2	8
3	0	45	33	8	15	3	0	12	33	2	12
4	1	0	34	8	30	4	0	16	34	2	16
5	1	15	35	8	45	5	0	20	35	2	20
6	1	30	36	9	0	6	0	24	36	2	24
7	1	45	37	9	15	7	0	28	37	2	28
8	2	0	38	9	30	8	0	32	38	2	3.
9	2	15	39	9	45	9	0	36	39	2	36
10	2	30	40	10	0	10	0	40	40	2	40
11	2	45	41	10	15	11	0	44	41	2	44
12	3	0	42	10	30	12	0	48	42	2	48
13	3	15	43	10	45	13	0	52	43	2	52
14	3	30	44	11	0	14	0	56	44	2	56
15	3	45	45	11	15	15	1	0	45	3	0
16	4	0	46	11	30	16	1	4	46	3	4
17	4	15	47	11	45	17	1	8	47	3	8
18	4	30	48	12	0	18	1	12	48	3	12
19	4	45	49	12	15	19	1	16	49	3	16
20	5	0	50	12	30	20	1	20	50	3	20
21	5	15	51	12	45	21	1	24	51	3	24
22	5	30	52	13	0	22	1	28	52	3	28
23	5	45	53	13	15	23	1	32	53	3	32
24	6	0	54	13	30	24	1	36	54	3	36
25	6	15	55	13	45	25	1	40	55	3	40
26	6	30	56	14	0	26	1	44	56	3	44
27	6	45	57	14	15	27	1	48	57	3	48
28	7	0	58	14	30	28	1	52	58	3	52
29	7	15	59	14	45	29	1	56	59	3	56
30	7	30	60	15	0	30	2	0	60	4	0
$\frac{2}{3}$	$\frac{mi.}{2}$	$\frac{2}{3}$	$\frac{2}{3}$	$\frac{mi.}{2}$	$\frac{2}{3}$	$\frac{mi.}{2}$	$\frac{mi.}{2}$	$\frac{2}{3}$	$\frac{mi.}{2}$	$\frac{mi.}{2}$	$\frac{2}{3}$

SECNDAE PARTIS, FINIS.

TERTIA PARS, DE INSTRVMENTI XII DOMORUM, atque horarum inæqualium usu.

CANON I.

Partium ipsius instrumenti, summaria descriptio.

AD PROMISSAM TANDEM instrumenti rationem deueniẽdo, priusquam illius usum exponamus, operæpretium esse uidetur, eiusdem instrumenti partes, atque lineamẽta summatim enarrare.

1 Præcipua itaque instrumenti facies, habet in primis limbum, in 24 horas æquales, & 360 gradus, congruentibus lineolis solito more distributum: quarum horarum quælibet, 15 gradus inscripti sibi uẽdicat circuli, & proinde singuli gradus 4 horæ minutis respondere uidẽtur. Distinguitur autem ipse 24 horarũ ambitus, in duos ordines, sub duodenario numero comprehensos. Duodecim porrò horæ, quæ in læua instrumenti parte, ab imo sursum numerantur, antemeridianæ dictæ sunt: cæteræ uerò 12, dextram ipsius instrumenti partem occupantes, & quę à summo deorsum ordinatæ sunt, pomeridianæ uocitantur.

2 Habet & eadem instrumenti facies, tres circulos tum ipsi limbo, tum inuicem parallelos, & proinde concentricos, quorum centrum commune, ipsius Mundi centrum repræsentat. Horum porrò trium circulorum maximus, & gradibus ipsius limbi uicinus, tropicũ imitatur Capricorni: medius, Aequatorem: & minimus eidem centro uicinior, tropicum Cancri repræsentat. Vnusquisque autem horum trium circulorum, unà cum ipso limbo, in quatuor quadrantes diuiditur: sub binis quidem lineis rectis, siue dimetientibus, in ipso instrumẽti centro ad rectos sese inuicem dirimentibus angulos. Quorum dimetientium, qui à uertice deorsum pendet, meridiani fungitur officio: transuersaliter autem constitutus, rectum

imitatur horizontem: ut in ipſo Planiſphærio, ſeu uulgato Aſtrolabio continetur.

3 Inter hos deinde circulos, inæqualium horarum claudun-tur interualla, uera, ſed hactenus ignota ratione delineata: ſolus enim horizō obliquus (ſupra quem polus arcticus 48 gradibus, & 40 minutis extollitur) circularis eſſe uidetur, & per mutuas horizontis recti, & Aequatoris tranſiens interſectiones, 12 horas inæquales diurnas à 12 nocturnis ſeparat: Cętera uerò prædictarum horarum lineamenta, in gyros, uariis quidem modis incuruantur.

4 E mutua conſequenter horizontis obliqui, & lineæ meridianæ ſectione, quatuor prodeunt magni circuli, unà cum ipſa linea meridiana, & eodem horizonte obliquo, uniuerſam inſtrumenti faciem, in duodecim interualla rationabiliter diſtinguentes, quæ domus, cælí ue cardines uocitātur. Qua ratione autem, eædem inæquales horę, atque præfati domorum cæleſtiū diſtinctores circuli deſcribātur, in noſtra Planiſphærij, ſiue Aſtrolabij, propediem elucidanda cōpoſitione, luculenter expreſsimus.

5 Superincumbit tandem huic lineamentorum contexturæ, rota quædam Zodiaci, non aliter quidem figurata, quàm in ipſius Aſtrolabij traditur fabrica. Cuius extremus orbis, ipſius Solis uiam, ſiue Zodiaci Eclipticam repræſentat, omnino quidem liberam, hoc eſt, neque ſuſtentaculis, neque circūſtantibus ſyderibus fixis onerata. Adeſt & index quidam liberè uolubilis, unà cum ipſa rota Zodiaci centro inſtrumenti colligatus. Cætera autem peruia ſunt, & ſola inſpectione manifeſta: ad uſum igitur inſtrumenti, noſtrum ſermonem tandem conuertamus.

CANON II.

Gradū aſcendētem, unà cū cæteris XII domorum cardinibus, iuxta modum rationalem ſuperius enarratum, promptiſſimè colligere.

EX HOC INSTRVMENTO, AD PARIſienſem latitudinem (quę eſt 48 graduum, & 40 minutorum) in

in aliorum exemplum fabricato, tria potiſsimum colligere uiſum eſt operæpretium: utpote, 12 domorum cæli diſtinctiones dato quouis tempore: & ex hora æquali, in notitiam inæqualis deuenire: atque inæquales horas, ad æquales illico reducere. Si quæ autem præter has eliciantur ex ipſo inſtrumen to commoditates, has habebit communes cum uulgato Planiſphærio, ſiue Aſtrolabio.

1 In primis igitur data hora æquali, ipſarum duodecim domorum exordia ſic obtinebis. Perdiſce uerum locum Solis in Zodiaco, ex ephemeride propria, aut alio quouis aſtronomico calculo. Pone deinde fiducialē indicis lineam (quæ per centrum uidelicet inſtrumenti deſcribitur) ſuper ipſius horæ, uel datæ partis horariæ notatum in limbo terminum, & ſub eadē linea fiduciali, gradū ſeu partē ipſius loci Solis: Nā illico aſcēdens Eclipticæ gradus, & reliqua duodecim cæli domiciliorum exordia, ſeſe offerent manifeſta, quæ alioqui diffi cillimo, tædioſóque, ſupputanda forent calculo. Cuius rei exemplo, cùm adeò clara ſit, indigere non uideris.

2 Quòd ſi forſitan prædicta 12 domorum exordia, unà cum loco Solis cognoueris, ſed ipſa exciderit hora: ponendus erit gradus aſcendēs ſuper exortiua horizōtis obliqui parte, & indicis linea fiducialis, per locum Solis directè traducenda: ea nanque linea, deſignabit in ipſo limbo quota hora, uel horæ parte, eiuſcemodi acciderint domorum diſtinctiones.

3 Et proinde 12 cæli domiciliis datis, & ipſa hora cognita, locus Solis notus efficietur. Conſtituto enim rurſum horoſcopo, ſuper ortiua parte ipſius horizontis obliqui, & indice ad datam horam, uel horæ partem in limbo notatam applicato: index ipſe, uerum Solis locum in Zodiaci Ecliptica, pendenter deſignabit.

CANON III.

Hora æquali data, quota ſit inæqualis, tā diurno quàm nocturno tempore manifeſtare.

1 CVM AVTEM DATA HORA AEQVAli, ſiue diurna, ſiue nocturna, iuuet in prōptu diſcernere quota ſit inæqualis hora: in hunc facito modū. Collocetur fiducialis

(ut uocant) indicis linea, ſuper datam æqualem horam, uel ipſius horæ partem, in limbo inſtrumenti notatam, & ſub eadem linea figatur uerus, & tunc temporis occurrens locus Solis, circũuoluta rota Zodiaci: qua ſic quieſcente, index ipſe remoueatur. Nam gradus ipſius ueri loci ſolaris, quæſitam inæqualem horam, aut illius partem oſtendet: ab ipſo quidem exortu numerãdam, ſi diurna fuerit: uel ab occaſu, ſi fuerit nocturna: quemadmodũ ipſarum inæqualium horarũ uidentur oſtendere numeri, in longũ Aequatoris ſuo ordine diſtributi.

2 Quòd ſi præciſam horæ inæqualis incompletæ partẽ, ſubtiliter magis quàm utiliter libuerit agnoſcere: notetur ſectio indicis, per locum Solis in limbum educti, dum ipſa inæqualis obſeruabatur hora. Traducatur deinde locus Solis cũ eodem indice, ad ipſius horæ principium, & demum ad illius finem, notatis in gradibus limbi utriſque indicis ſectionibus. Quoniam ipſius limbi interuallum toti reſpondens horæ inæquali, ad partem illius, quæ prius obſeruatam notam, & ipſius horæ principium intercipitur, eam rationem habere uidetur, quam 60 minuta ad minuta ipſius horæ incompletę. Ducto igitur tertio in ſecundum, & producto per primum diſtributo, quartum obtinebitur, per uulgatam quatuor proportionalium numerorum regulam. Hoc igitur artificio, cuiuſlibet inęqualis horæ quantitas in gradibus limbi, & proinde in partibus temporis, uel facilè dignoſcetur.

CANON IIII.

Data hora inæquali tam diei, quàm noctis artificialis, reſpõdentem horam æqualem uerſauice reddere notam.

EX HORA CONSEQVENTER INAEquali, ad ipſius æqualis horæ notitiam (paucis immutatis) deuenire uel facilè licebit. Figatur itaque uerus locus Solis in Ecliptica notatus, ſuper datæ inæqualis horæ, aut partis illius terminum, & per ipſum uerum Solis locum, index in limbum traducatur: Nam index ipſe, horam æqualem, uel concurrentis tunc æqualis horæ incompletę partem, in ipſo limbo manifeſtabit:

nifestabit: à meridie quidem supputandam, si dextram limbi partem index occupauerit: aut à media nocte, ubi præfatus index sinistrorsum inciderit.

CANON V.

Qua hora æquali Sol oriatur, & occidat, consequenter exprimere.

PRAETER HAS TRES SVPRADICTAS, & hactenus desideratas instrumenti commoditates, licebit & alia quàm plurima, scitu quidem non minus utilia, quàm iucunda decerpere. In primis enim, si gradum ueri loci Solis in Ecliptica notatum, super exortiuam horizontis obliqui partem locaueris, & per eũdem Solis locum traduxeris indicem: is tibi designabit in ipso limbo, qua hora ęquali, uel horæ parte, Sol ipse super datum horizontem peroriatur. Haud aliter horã occasus ipsius Solis elicere poteris: quãquam illa tantum distet à meridie, quãtum est temporis ab ortu Solis, usque ad ipsum meridiem. Subtracta igitur hora ortus, de 12 horis, occasus hora relinquetur.

CANON VI.

Arcum diurnum, atque nocturnum ipsius Solis, pendenter supputare.

1 DIVRNVM SOLIS ARCVM VOCITAmus tempus, quod ab ipsius Solis ortu, per mediũ cæli ad occasum intercipitur: nocturnum uerò, reliquam diei naturalis partem, ab ipsius Solis occasu, per subterraneum meridianum ad ortum usque comprehensam. Crepuscula igitur, ipsius noctis partes esse uidentur. Metitur autem arcum diurnum, arcus Aequatoris, cum sex signis à loco Solis numeratis simul eleuatus aut reuolutus: nocturnum uerò, reliqua pars eiusdẽ Aequatoris, cum reliquis sex signis consequenter ascendens.

Accipe igitur horam ortus, per antecedentem canonem, quam in limbo instrumenti nota: nam quãtum fuerit ab ipso

ortu Solis uſque ad meridiem, tantus erit arcus ſemidiurnus: quantum uerò à media nocte uſque ad ipſum Solis exortum comprehenditur, tantum pronunciabis arcum ſeminocturnum. Vtroque igitur arcu duplato, uterque & diurnus, & nocturnus arcus, tam in partibus temporis, quàm in gradibus Aequatoris reſultabit.

CANON VII.

Aſcenſionem, atque deſcẽſionem cuiuſlibet ſigni, uel arcus dati, in recta ſphæra definire.

PER ASCENSIONEM CVIVSLIBET SIgni, uel arcus Eclipticæ dati, tam in recta, quàm in obliqua ſphæra, intelligimus arcum Aequatoris, qui cum dato ſigno uel arcu coaſcendit ſuper horizontem. Hæc autem aſcẽſio, recta dicitur, ſi ad rectum ſupputata fuerit horizontem: obliqua uerò, quoties penes obliquum horizontem deſumitur. Finem igitur ipſius ſigni, uel arcus dati, in horizõte recto & exortiuo conſtituatur, & per illius initium, index uolubilis applicetur: Nam partes limbi, inter ipſum horizontem rectum, & fiducialem indicis lineam comprehenſæ, coaſcendentem Aequatoris arcum manifeſtabunt.

2 Haud alienum uelim habeas iudicium, de ipſius arcus dati uel ſigni deſcenſione. Sed in recto ſphæræ ſitu, omnium arcuum aſcenſiones, ſuis æquantur deſcenſionibus: necnon & cæli mediationibus, hoc eſt, præterlapſis ſub meridiano (qui per medium cęli ducitur) partibus Aequatoris cum ſignis, uel datis quibuſuis arcubus Zodiaci.

CANON VIII.

Eandem aſcenſionem, atque deſcẽſionem, cuiuſlibet ſigni uel arcus dati, pro data obliquitate ſphæræ, tandem numerare.

HAVD DISSIMILI VIA ASCENSIONEM dati cuiuſlibet ſigni uel arcus Eclipticæ, ad datã poli ſublimitatem

tatem, ad quam fabricatum eſt inſtrumentum, obtinebis. Po-
ſito nanque initio ſigni, uel dati arcus, in horizonte exortiuo,
& indice directè ſuprà locato: notetur ſectio indicis in ipſo lim
bo. Deinde circũducatur rota Zodiaci, quatenus ipſius ſigni,
uel arcus finalis terminus, eundem contingat horizontẽ: im-
moto ſemper indice, cuius ſectio in limbo rurſum notetur.
Nam quantus erit arcus limbi, inter primam atque ſecundam
notam comprehenſus, tanta erit aſcenſio ipſius ſigni uel arcus
propoſiti.

2 Pro dignoſcenda autem eiuſdem ſigni uel arcus deſcen-
ſione, ex occidua horizontis parte, non aliter faciendum eſſe
uelim intelligas. Probabis itaque ſigna quæ augent aſcenſio-
nes ſuas in obliqua ſphæra, ſuper illas quas habent in recta: tã-
to proprias minuere deſcenſiones: & è cõuerſo. Hæc igitur,
tum de duodecim domorum cæleſtium, tum de inæqualium
horarum ratione, & utriuſque per congruum inſtrumentum
expreſſo uſu, in præſentiarum ſatis eſſe uidentur.

TERTIAE PARTIS, TOTIVSQVE
LIBRI FINIS.

Vireſcit uulnere uirtus.

De Speculo uſtorio,

IGNEM AD PROPOSITAM DI-











ORONTII
FINÆI
ARITHMETICA
PRATICA